

solis radiis exponatur per quadraginta dies , vel usquequò nullum fermentationis signum appareat , dein doliolem obturatum in cella vinaria reponatur.

Stomachum , & alia viscera roborat , & spiritus auget.

Dosis ab 3 ℥ ad 3 ij.

Nota , quod Hydromel , Melicratum , Opomelle , & Aqua Mufa , est mel aqua despumatum , ac ad debitam consistentiam coctum.

C A P U T I V .

D E C O N S E R V I S .

Conservae nihil aliud sunt , quam folia , flores , fructus , & herbarum radices in pulpam redactæ , cum debita sacchari quantitate permixtæ.

R... CONSERVA ROSARUM RUBRARUM.

Florum recentium roscarum rubrarum

ab ungulis mundatarum 15 j.

Sacchari albi pulverisati 15 ij.

Contundantur optimè in mortario marmoreo , & paulatim saccharum misceatur , ut ritè agitando incorporentur , postea in vase vitro , seu terreo vitro insolentur per aliquot dies , & serva ad usum.

Tussim mitigat , diarrhoeas , & hæmorrhagias fistit , quare phthisicis confert , cor , & stomachum roborat.

Dosis ab 3 ℥ ad 3 ij.

R... CONSERVA ROSARUM ALTERA.

Rosarum rubrarum recentium nondum penitus

apertarum exungulatarum 15 j.

Macerentur in

Aqua ferventis 15 jv.

Coletur sine expressione liquor , qui rejiciatur , postea rosæ maceratae validè prælo exprimantur , atque in mortario lapi-

Bb 2 deo

196 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.
deo minutissimè contundantur , interim in expresso co-
quantur

*Sacchari albi ad tabellarum
consistētiam*

lb ij.

Exactissimè miscendo rosas contusas , ut fiat conserva ad
usum servanda.

Ad idem præstat.

Eadem fiunt methodo Conservæ

Florum Salviae,

Calendulae,

Perfisorum,

Tunicæ,

Roris marini,

& similiū.

R CONSERVA FLORUM VIOLARUM.

Florum Violarum recentium

à calicibus mundatorum lb j.

Sacchari albi pulverisati lb iiij.

Contundantur minutim in mortario lapideo , & fiat con-
serva , ut supradictum est.

Dulcorat , humectat , sanguinis acrimoniam temperat , &
thoracis affectibus confert.

Dosis ab 3 lb ad 3 j.

Simili modo fiunt Conservæ

Florum Buglossi,

Borraginis,

Nymphææ,

Malvæ,

Pæonie,

Papaveris rhæados;

& similiū.

Notæ ; quòd cum eadem Sacchari quantitate clarificati,
& ad tabellarum consistētiam cocti , hæ prædictæ conservæ
etiam concinnantur , miscendo extra ignem flores , scilicet
contusos , & si opus fuerit paulisper decoquantur , quæ absque
insolatione ad usum reponuntur.

CON-

R CONSERVA CAPILLORUM VENERIS.

Foliorum recentium Capillorum veneris **lb. j.**
Sacchari albi pulverisati **lb. ij.**

Folia optimè in mortario lapideo contundantur, & faciat
charo permista in vase vitro per aliquot dies insolentur;
postea ad usum serva.

Splenetica est, quare in icteritiæ affectibus, splenis, &
pectoris prodest.

Dosis ab 3. B ad 3. j.

Eadem modo conficiuntur Conservæ foliorum

Hederæ terrestris,

Menthæ,

Melissæ,

Rutæ,

Scorditæ,

Cochleariae,

Summitatum Absinthii,

& similium.

R CONSERVA OXYACANTHÆ.

Pulpe Oxyacanthæ **lb. j.**
Sacchari clarificati ad tabellarum

consistentiam cocti **lb. ij.**

Misce optimè, ut fiat conserva S. A. quæ ad usum reponatur.

Adstringens est, in menstruorum, & alvi fluxibus plurimum confortat.

Dosis ab 3. B ad 3. j.

Eodem modo parantur Conservæ

Cerafforum acrionum,

Prunorum Damascenorum,

Sylvestrium,

& similium.

R CONSERVA RADICIS HELENII.

Radicum recentium Helenii mundatarum **q. v.**

Ma-

198 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

Macera per aliquot horas in aqua ferventi, qua rejecta,
coquantur in altera ad putrilaginem, & per setaceum trahi-
ciantur.

R...*Pulpæ bujus* 15 g.

*Sacchari albi in decocto radicum
ad electuarii solidi consistentiam*

cocti 15 j.

Misce optimè, & fiat conserva S. A.

Stomachica est, & carminativa, adhibetur etiam in tussi,
ac asthmate, & doloribus nephriticis.

Dosis à 3 ij ad 3 ℥.

Sic parabuntur Conservæ Radicum

Scorzonerae,

Angelicae,

Sympyti majoris,

Paeoniae,

Cichorii,

Satyrii, & similiūm.

CAPUT V.

DE LOOCH, ECLEGMATE, ET LINCTU.

LOoch, Eclegma, & Linctus est medicamentum inter-
num, ex variis simplicibus compositum, saccharo
permixtum, & pulmonibus dicatum.

R...*LOOCH SANUM.*

Cinnamomi,

Hyssopi,

Calaminthæ,

Iridis,

Seminis Anisi,

Fæniculi ana 3 ℥.

Capil-

*Capillorum veneris**m. j.*

Macerentur pér spatiū viginti quatuor horarū in
Aqua fontanæ tepidæ *lib. ij.*

Postea distillando, abstrahatur circiter *lib. j.* cum qua, ex

Pineorum mundatorum *3 v.**Amygdalarum dulcium* *3 iiij.*

Fiat emulſio, ſolvendo in ea

Sacchari albi *lib. ij.*

Additifque

*Pulveris Glycyrrhīſe,**Tragacanthi,**Gummi arabici,**Amyli ana 3 iiij.**Iridis* *3 ij.*

Optimè misceantur, & ferva.

In affectibus asthmaticis, tufsi, raucedine, & thoracis
inflammationibus commendatur.

Dosis ab 3 v ad 3 j.

Nota, quòd Eclegmata extemporaneè fiunt pro diver-
ſis uſibus, dum à Medicis præscribuntur.

LOOCH, SEU ELECTUARIUM ANTI-
phthisicum.

R... Radicum recentium *sympyti majoris,*

*Enule campanæ,**tusſilaginis. . . . ana 3 v.*

Mundentur, & ad mollitiem decoquuntur in

Aqua communis *lib. v.*

Postea extrahatur S. A. pulpa, quæ ſervetur, ac in decocto
à radicibus relicto, coquantur.

Paffularum mundatarum *3 xxviii.*

Et pulpa extrahatur, dehinc in decocto à paſſulis relicto,
bulliant ad mollitiem nempe

*Herbarum Salvia acuta**Hyſſopī,**Veronice,**Hede-*

*Hederæ terrestris,**Pulmonarie maculatae . . . ana m. ij.*

R... *Extrahatur earum pulpa tunc*
Decociti colati,

Sacchari albissimi . . . ana 15 ij.

Coque in syrum crassioris consistentiae ; addendo
pulpas berbarum,

*Radicum,**passularum supradictas,**Amygdalarum dulcium mundatarum,**pineorum recentium probè, ac minutissimè**contusorum. . . ana 3 v.*

Omnia simul permista, coquantur lento igne spathula assidue movendo ad electuarii mollis consistentiam, cui addantur.

*Pulveris Cinnamomi electi 3 iiij.**Croci boni 3 ij.*

Misce optimè, & serva ad usum.

In phthisis, hecticis, emaciatis, & sanguinem spuentibus, ac in omnibus thoracis affectibus valde proficuum.

Dosis ad 3 b. ter, quaterve in die.

C A P U T VI.

DE GELATINIS.

GElatina est fructuum maturorum succus, seu decoctum ex cartilaginosis animalium partibus, ad consistentiam spissiorem, viscosam, splendentem, & solidam redactum, & communiter extemporaneè fiunt.

R... *GELATINA CORNU CERVI.*

Rasuræ C. C. 15 b.

Aqua communis tepidae 15 jv.

Coquantur igne lento in vase fictili vitreato, optimè clauso per horas duas, postea cola forti cum expressione, cui adde

S. 15. 3-

Sacchari albi $\frac{3}{3}$ vj.
Cum albumine ovi clarifcentur, addendo in fine

Vini albi optimi $\frac{3}{3}$ jv.
Succi limonum $\frac{3}{3}$ j.

Bulliant leviter ad Gelatinæ consistentiam, quæ antequam refrigeretur, in patinas effundatur, ut in massam splendentem reducatur.

Humorum malignitati resistit, vomitum, & diarrhoeam cohibet, ac sanguinis sputo confert, nutrit, atque roborat, ideoq; que in hectica febre prodest.

Dosis cochlear unum bis in die.

C A P U T VII.

DE JULAPIIS.

JUlepus, vel Julapium, est medicamentum liquidum ex aquis distillatis, decoctis, pulveribus, confectionibus, & aliis paratum, saccharo, seu syrups idoneis dulcoratum,

RJULEPUS ADSTRINGENS, ET ROBORANS.

Aqua Plantaginis,

Portulaceæ,

Tormentillæ ana $\frac{3}{3}$ jv.

Cinnamomi cydoniatæ $\frac{3}{3}$ ij.

Discordii Fracastorii $\frac{3}{3}$ jv.

Pulveris boli armenæ Orientalis $\frac{3}{3}$ j.

terra Japonica. $\frac{3}{3}$ j.

Syrupi corallorum $\frac{3}{3}$ j. B.

Misce, & fiat Julepus S. A.

Valet in diarrhoea symptomatica, & aliis alvi fluxibus fistendis.

Dosis $\frac{3}{3}$ iiij bis, vel semel in die.

RJULAPIUM REFRIGERANS CORDIALE.

Aqua Scorzonere,

Cc

Oxas

PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

*Oxalidis,**Cichorii**Syrupi ex acido citri**Confectionis hyacinthorum**Salis prunella, seu anodini mineralis,**Tinctura Chermes**Misce S. A. ad usum.**ana 3 vj.**3 j. B.**3 ij.**ana 3 j.**ana 3 j.*

In febribus, dum æger præ caloris incendio ferè comburitur, prodest, sitim sedat, & nimiam sanguinis ebullitionem temperat.

Dosis 3 jv.

R... JULAPIUM STOMACHICUM,

*Aqua totius Citri,**Absinthii,**Menthæ**Cinnamomi hordeatae**Salis Absinthii**Tincturæ ligni Aloes**Syrupi corticum Citri**Misce S. A.**ana 3 jv.**3 ij.**3 jv.**3 ij.**3 j.*

Cor, & stomachum roborat, appetitum movet, ac spiritus reficit.

Dosis coquleatim.

R... JULAPIUM CEPHALICUM, SEU CAPITALE,

*Aqua Cerasorum nigrorum,**Florum Stæchados,**Pæoniae**Syrupi betonicae coronariae**Pulveris Imperialis**Tincturæ Castorei,**Cranii humani succinate**Misce, & fiat Julapium S. A.**ana 3 jv.**3 j.**3 jv.*

Ad epilepsiam, & affectiones quascumque convulsivas, ac soporosas, ad capitis dolorem, vertiginem, & paralysim prodest.

Dosis

Dosis coquleatim.

R. JULAPIUM ANTI-HYSTERICUM CORDIALE.

<i>Aqua Melissæ Camphorataæ,</i>	
<i>Rutæ,</i>	
<i>Florum tiliæ ana 3 vj.</i>	
<i>Theriacalis</i>	<i>3 ij.</i>
<i>Confectionis Alchermes S. O.</i>	<i>3 ij.</i>
<i>Syrupi florum tuniceæ</i>	<i>3 j. 3 v.</i>
<i>Tinctura anti-hysterice</i>	<i>3 j.</i>
<i>Margaritarum preparatarum, vel matris perlarum 3 fo.</i>	
<i>Misce S. A.</i>	

Ad languores hystericos, aliosvè similes affectus confert.

Dosis 3 ij.

R. JULAPIUM PECTORALE ANTI-PLEURITICUM.

<i>Decocti pectoralis</i>	<i>lb. j.</i>
<i>Syrupi jujubarum,</i>	
<i>bedera terrestris . . . ana 3 b.</i>	
<i>Pulveris sanguinis hirci,</i>	
<i>Mandibulae Piscis Lucii preparatorum ana 3 ij.</i>	
<i>Eleosacebari gummi ammoniaci,</i>	<i>3 ij.</i>

Misce optimè.

Incidit, attenuat phlegma crassum in pectore hærens,
& facile anacatharsim movet.

Dosis 3 jv.

CAPUT VIII.

DE MIVIS.

Miva, species est syrupi viscidocrassioris, ex succis, vel decoctis, melle, sive saccharo confecta.

R. MIVA CYDONIORUM SIMPLEX.

<i>Succi Cydoniorum depurati</i>	<i>lb. xij.</i>
----------------------------------	-----------------

Cc 2

Co-

204 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

Coque igne lento in vase fistili vitreato ad remanentiam
librarum fex, in quibus dissolve.

Sacchari albi *lb iiij.*

Clarificantur, & coquantur ad syrapi crassioris consisten-
tiam, dein cola, ac repone ad usum.

Stomachum roborat, vomitum sistit, & alvi profluviis
prodeft.

Dosis ab 3 j ad 3 ij.

R MIVA CYDONIORUM AROMATICA.

Succi Cydoniorum depurati *lb xx.*

Sacchari albi *lb vj.*

Coquantur, & clarificantur S. A. ad syrapi spissioris consi-
tentiam, cui extra ignem, infusio sequens addatur,

R *Cinnamomi electi,*

Cardamomi majoris.... ana 3 iiij.

Caryophyllorum *3 ij.*

Zinziberis,

Masticis,

Macis ana 3 j B.

Ligni Aloes, seu Santali citrini 3 ij B.

Croci *3 ij.*

Omnia, præter crocum, leviter contusa injiciantur in

Vini albi optimi *lb j.*

In vase clauso, & loco tepido per viginti quatuor horas
infundantur, posteàcola, & exprime; liquor expressus cum
Miva optimè misceatur, & ad usum reponatur.

Validiores habet vires, quam præcedens.

Dosis ab 3 B ad 3 j B.

CAPUT

CAPUT IX.

DE SYRUPIS.

Syripi sunt medicamenta liquida ex decoctis, infusionibus, succis, sive aliis liquoribus saccharo confecta, ad mellis liquidi consistentiam redacta.

DE SYRUPIS ACIDIS.

SYRUPUS ACETOSUS SIMPLEX.

R... <i>Sacchari albissimi pulverisati</i>	lb ij.
<i>Aceti vini acerrimi</i>	lb j. b.

Misceantur optimè in vase figulino vitreato, & igne len-
to saccharum dissolvatur, simulque evaporentur in syrupo
consistentiam, & reponatur ad usum.

In affectibus calidis, biliosis, astuantibus, & in febre-
bus malignis confert.

Dosis ab 3 j ad 3 ij.

SYRUPUS EX ACIDO LIMONUM.

R... <i>Sacchari albissimi pulverisati</i>	lb jv.
<i>Succi recentis limonum, seu citri</i>	
<i>per subsidentiam depurati</i>	lb ij.

Misce, & fiat syrpus, ut supra S. A.

Cardiacus est, refrigerat, humectat, vermes necat, hu-
morum putrefactionem arcet, febris quoque calorem tem-
perat.

Dosis ab 3 j b ad 3 ij.

SYRUPUS EX SUCCO AGRESTÆ.

R... <i>Sacchari albi in pulvrem redacti</i>	lb ij.
<i>Succi recentis omphacii depurati</i>	lb j.

Misce optimè, & Syrupum confice S. A.

Refrigerat, vomitiones sistit, & in ventris fluxu bi-
lioso convenit, sitem sedat, viscerum calorem temperat, ac
stomachum roborat.

Dosis

Dosis ab $\frac{3}{4}$ j ad $\frac{3}{4}$ ij.

R... SYRUPUS GRANATORUM ACIDORUM.
Sacchari albissimi pulvrisati $\frac{1}{15}$ ij.

*Succi granatorum acidorum recenter
expressi, & depurati* $\frac{1}{15}$ j.

Fiat syrups S. A.

Refrigerans est, putredinem arcet, vomitui, & alvi fluxui prodest.

Ad gutturis excoriationes, & oris, gargarismatibus permistus, valet.

Dosis ab $\frac{3}{4}$ j ad $\frac{3}{4}$ j B.

Eadem methodo fiunt Syrupi ex succis

Aurantiorum.

Grossulariæ, seu Ribium rubrorum,

Berberum,

Acetosæ,

Pomorum,

Ceraforum,

Baccarum Myrti,

& similium.

Nota: quod syrups omnes suprà descripti, etiam sequenti parantur methodo.

R... *Sacchari clarificati ad consistentiam tabellarum cocti.*

$\frac{3}{4}$ xxxij.

Succi ex acido nempe de limonibus,

Sive citreis depurati, q.s. hoc est $\frac{3}{4}$ xjv.

Misceantur optimè cum cochleari in vase figulino vitreato, ut syrups in debitam consistentiam resultet, ad usum ferendus.

R... SYRUPUS CYDONIORUM.

Sacchari clarificati ad consistentiam

tabellarum cocti. $\frac{1}{15}$ jv.

Succi Cydoniorum recentis, & depurati $\frac{1}{15}$ ij.

Coquantur igne lento ad syrups crassioris consistentiam
S. A. Ventr-

Ventriculum roborat, vomitum, & alvi fluxum cohibet,
dysentericis, ac coeliacis confert.

Dosis ab 3j ad 3ij.

DE SYRUPIS PECTORALIBUS.

SYRUPUS VIOLARUM SIMPLEX USUALIS.

R... *Florum violarum recentium*

cum calicibus 1b j.

Injice in vase terreo vitreato superaffundendo

Aqua communis tepidae 1b jv.

Macerentur per horas octo vase clauso, posteà calefiant
igne lento, colentur, & exprimantur, in colatura rursus tan-
tumdem florum violarum recentium infunde pari temporis
intervallo, iterum cola, & exprime, in expresso dissolve

Sacchari albi 1b vj.

Misce optimè, & cum ovi albumine clarificentur, & co-
quantur ad syrapi consistentiam, S. A.

Humeçtat, & refrigerat, in pectoris calidis affectibus va-
let, in tufsi sicca, ac urinæ ardore prodest.

Dosis ab 3j ad 3ij.

Nota: quòd in defectu florum violarum recentium inj-
ciantur florum violarum siccarum 3jv. servanda methodus
supra descripta: ad idem valet.

Dosis eadem quoque est.

Simili modo fiunt Syrupi

Florum tunice,

Papaveris rhæados,

Nymphaeæ, &

similium florum.

SYRUPUS VIOLARUM COERULEUS, SEU

R... *Florum violarum recentium à calicibus*

mundatorum

1b j.

Ponantur in vase siccili vitreato, quibus superaffundere

Aqua fontanae ferventis

1b ij.

Ma-

Macerentur, vase clauso, per horas octo, postea igne lento calefiant, colentur, & exprimantur, expressioni adde
Sacchari albissimi pulverisati 15 jv. & 3 jv.

Ponantur super ignem lendum, ut saccharum absque ebullitione omnino dissolvatur, & syrups jam refrigeratus servetur.

Pectus refrigerat, & humectat, humores acres dulcorat, choleramque temperat; cordialis quoque, & pectoralis est.

Dosis ab 3 b ad 3 j.

SYRUPUS EX SUCCO POMORUM REDOLENTIUM.

R... *Sacchari clarificati ad tabellarum consistentiam cocti.* 15 iij.

Succi pomorum redolentium recenter expressi, & per subsidentiam depurati 15 j b.

Coque in Syrupum S. A.

Cordialis, & pectoralis est, humores melancholicos, & adustos temperat.

Dosis ab 3 j ad 3 ij.

SYRUPUS HEDERÆ TERRESTRIS.

R... *Summitatum bedere terrestris*

mediocriter exiccatarum 15 j.

Aquæ ejusdem distillatae 15 jv.

Macerentur in vase terreo vitreato per spatum viginti quatuor horarum, dein leniter ebulliant, colentur, & exprimantur, colaturæ adde

Sacchari clarificati 15 jv.

Fiat Syrupus S. A.

Commendatur ad thoracis affectus, & saniosa, & cruenta sputa, ad phthisim quoque, & apostemata purulenta.

Dosis ab 3 j ad 3 j b.

Simili modo fiunt Syrupi

Tusilaginis.

Capillorum veneris.

SYRUPUS SCORZONERÆ.

R... Radicum Scorzonerae recentium,

Et mundatarum ℥ j.

incidentur minutim, Et cum

Aquæ communis tepidæ ℥ jv.

Coquantur igne lento in vase fistili vitreato per semiho-
ram, tunc cola, & exprime; expressioni adde

Sacchari albi clarificati ℥ iiij.

Coquantur S. A. ad Syrupi consistentiam.

Nimium viscerum, & cordis temperat calorem, partes
ipsasque roboret, febribus pestilentibus confert.

Dosis ab ʒ j ad ʒ ij.

Non absimili modo parari possunt

Syrupi simplices

De Althæa,

Cynoglosso

Sympyto, & similibus.

SYRUPUS CICHORII SIMPLEX.

R... Succi Cichorii depurati,

Sacchari albi ana ℥ ij.

Coquantur, & cum ovi albumine clarificantur, & fiat
Syrupus S. A.

Ad hepatis ardores confert, puriorem sanguinem reddit; cor, & stomachum roboret, in morbo laterali
convenit.

Dosis à ʒ j ad ʒ ij B.

Simili modo fiunt Syrupi

Fumariae,

Urticæ,

Apii,

Portulace,

Borruginis,

Cochleariae;

& similiam,

Dd

SYRU-



R... SYRUPUS DE MENTHA SIMPLEX.

Summitatum Menthe crispe mediocriter

exiccatarum $\frac{3}{15}$ ij.

Aqua Menthe stillatae $\frac{15}{15}$ ij.

Infundantur, & digerantur, vase clauso, in Balneo cincum, vel alio loco calido per duodecim horas, colentur, & cum

Sacchari clarificati $\frac{15}{15}$ ij.

Fiat syrupus S. A.

Stomachicum est, ventriculum roborat, & calefacit, sanguinum, & vomitum inhibet, flatusque dissipat, in affectibus uterinis prodest, ac lumbicos enecat.

Dosis à 3 ij ad 3 ℥.

Simili modo parantur in propriis aquis syrapi

De Hyffopo,

Scordio,

Melissa,

Arthemisia,

Stærbade,

& similibus.

R... SYRUPUS ABSINTHII SIMPLEX.

Absinthii in umbra siccatae $\frac{3}{15}$ vj.

Infunde in vase fistili vitreato per horas duodecim, cum

Aqua Absinthii distillatae $\frac{15}{15}$ jv.

Dein cola, colaturæ adde

Sacchari clarificati $\frac{15}{15}$ jv.

Coque in syrupum S. A.

Ventriculum roborat, jecur simul, & alia viscera; coctionem juvat, vomitum cohibet, flatusque dissipat.

Dosis ab 3 ℥ ad 3 j.

R... SYRUPUS MECONII.

Capitum Papaveris albi

sine semenibus exiccatorum $\frac{3}{15}$ xvij.

Contundantur modicè, & in vase terreo vitreato injiciantur, superaffundendo

Aqua

Aquæ communis tepide ℥ xx.

Infundantur per horas duodecim, coquantur igne lento ad tertiae partis remanentem, cola, & expri ne, expref-
fioni adde

Sacchari albi ℥ jv.

Coquantur in syrum S. A.

Tusim sicciam, & catarrhalem temperat, somnum indu-
cit, dolores lenit, hæmorrhagias sistit, humores tenues in-
crassat, & acres dulcorat.

Dosis à 3 j ad 3 ij aut 3 ℥.

Nota: quod hic syrups, pro omnibus syrups capitum pa-
paveris albi in Medicina inservit.

SYRUPUS ROSARUM SICCARUM.

*R... Rosarum rubrarum exungulatarum
arefactarum in umbra* 3 viij.

Macerentur per viginti quatuor horas super cineres ca-
lidos in

Aquæ communis tepentis ℥ vj.

Postea cola, ac leviter exprime, colatura adde

Sacchari optimi clarificati ℥ jv.

Fiat syrups S. A.

Adstringens est, in omniis alvi fluxibus, & hæmorrhagiis
prodest.

Dosis ab 3 ℥ ad 3 j.

SYRUPUS QUINÆ QUINÆ.

R... Corticis Peruvianæ pulveratae 3 jv.

Mitte in vas idoneum, affunde

Spiritus vini rectificati q. s.

Ut fiat massa, maceretur per aliquot horas, dein adde

Vini albi electi ℥ ij.

Digerantur per biduum in loco calido, vase bene obtura-
to, postea igne lento una, vel altera ebullitione decoquantur,
fiat colatura, & cum

Sacchari in tabellæ consistentiam,

cocti ℥ ij.

Dd 2

Fiat

Fiat syrups S. A.

Ad febres omnes intermittentes debellandas valet ; & vermes interimit.

Dosis ab $\frac{3}{3}$ B ad $\frac{3}{3}$ j.

R... SYRUPUS CORTICUM CITRI AMARUS.

Flavedinis corticum citri, seu limonum $\frac{15}{15}$ j.

Aqua corticum citri odoratae $\frac{15}{15}$ ij.

Infundantur per biduum in vase optime clauso , posteà leviter igne lento decoquantur , colentur levi cum expressione , colatura adde

Sacchari clarificati ad consistentiam tabellarum cocti $\frac{15}{15}$ iiij.

Fiat syrups lege artis , ad usum servandus.

Cor , & ventriculum roborat , in cordis palpitatione profest , vitales spiritus reficit , & coctionem jubat.

Dosis à $\frac{3}{3}$ j ad $\frac{3}{3}$ ij.

Simili modo paratur syrpus
Corticum Aurantiorum.

R... SYRUPUS CORTICUM CITRI ESSENTIALIS.

Aqua essentialis spirituosa corticum citri $\frac{15}{15}$ j.

Sacchari clarificati ad electuarii solidi consistentiam cocti $\frac{15}{15}$ iiij.

Fiat syrups, ut artis est , ad usum servandus.

Ad idem præstat , sed magis cum efficacia roborat.

Dosis eadem.

R... SYRUPUS CINNAMOMI.

Aqua Cinnamomi stillate $\frac{15}{15}$ j.

Cinnamomi acutissimi crassiusculè triti $\frac{3}{3}$ j.

Immitte in Matracium , & fiat tinctura S. A. posteà filtra , & cum

Sacchari in tabellæ consistentiam cocti $\frac{15}{15}$ ij.

Fiat Syrupus S. A.

Ad cordis , & totius corporis vires reficiendas , & restau-

ran-

randas valet ; ventriculum languidum à frigore roborat , coctionem juvat , appetitumque movet.

Dosis ab 3 B ad 3 j.

Simili modo parantur Syrupi

Florum Aurantiorum cum

Aqua Naphæ.

Caryophyllorum , & similium

Aromaticorum.

R SYRUPUS BALSAMI, SEU BALSAMICUS.

Balsami albi *3 iiij.*

Aqua Tussilaginis *15 j B.*

Immittantur simul in matracium vitreum , optimè obturatum , & in Balneo arenæ per horas tres decoquuntur , colaturæ adde

Sacchari albissimi in pulverem
redacti *15 iiij.*

Fiat Syrupus S. A.

Anti-asthmaticus , & anti-phthisicus est , stomachum roborat , coctionemque juvat.

Dosis ab 3 B ad 3 j.

R SYRUPUS KERMES.

Granorum Kermes electorum *3 vj.*

modicè tere , & in

Aque communis ferventis *15 ij.*

Infunde per duodecim horas in vase figulino vitreato , dein igne lento , & vase optimè clauso per horam decoquuntur , colentur , ac residuum iterum cum

Aque communis *15 ij.*

Ut supra percoquatur , coletur , & exprimatur , colaturæ adde

Sacchari albissimi *15 ij.*

Clarificantur , & coquantur in syrupum S. A.

Adstringens , & cardiacus est ; spiritus reficit , sudorem movet ; caput & cor valde roborat , ac morbillos erumpere facit.

Dosis

Dosis ab 3 B ad 3 j.

Nota : quod hic syrups ad confectionem Alchermes parandum, infervit.

SYRUPUS ROSARUM, SEU RHODOSACCHARUM

R... *Infusionis, seu succi Rosarum rubrarum 1b ij.*

Sacchari albi clarificati 1b xv.

Coquantur in syrupum, S. A.

Stomachum roborat, flatus dissipat, & humores crudos concoquit.

Dosis ab 3 j ad 3 ij.

SYRUPUS PÆONIÆ.

R... *Radicis Pæoniæ maris contusæ 1b j.*

Aque communis 1b xv.

Bulliant igne lento per semihoram, cola, & cum

Sacchari albi 1b iiij.

clarificantur, & in syrupum coquantur S. A.

Capitalis, & anti-epilepticus est, in apoplexia, & paralysi utilis.

Dosis ab 3 B ad 3 j B.

DE SYRUPIS COMPOSITIS

Alterantibus.

SYRUPUS DE QUINQUE RADICIBUS.

R.. *Radicum Apii,*

Fœniculi,

Petroselini,

Rusci,

Asparagi..... ana 3 jv.

Incidantur minutim, & in

Aque communis tepidæ 1b xv.

Coquantur in vase terreo vitreato, & igne lento ad remanentiam librarum octo : coka, & exprime, expressioni adde

Sacchari albi 1b vj.

Clarificantur, & coquantur in syrupum S. A.

Aperiens, & reserans est, ac urinam pellit.

Dosis

Dosis ab $\frac{3}{2}$ fl ad $\frac{3}{2}$ ij.

Nota: quod hic syrups, pro syrupo de duabus radicibus inservit, & quando à Medicis cum aceto præscribitur, tunc additur Aceti parum.

SYRUPUS DE MUCAGINIBUS.

R... *Semi nis Althææ,*

Malvarum,

Cydoniorum. ana $\frac{3}{2}$ fl.

Gummi Tragacanthi $\frac{3}{2}$ j.

Infundantur calidè per sex horas in libris quatuor decocti foliorum malvarum, seminis papaveris albi, & granorum Alkekengi, postea colentur, ac exprimantur, & cum

Sacchari albi clarificati $\frac{1}{2}$ lb jv.

Fiat syrups S. A.

Urinæ ardorem temperat, & dolores nephriticos demulcet; humores in pectus delabentes dulcorat, & sputum faciat.

Dosis ab $\frac{3}{2}$ fl ad $\frac{3}{2}$ ij.

SYRUPUS JUJUBARUM.

R... *Jujubarum mundatarum* n. lx.

Hordei à sordibus purgati, & loti $\frac{3}{2}$ j.

Seminis papaveris albi,

Melonum,

Lactuce,

Capillorum veneris. ana $\frac{3}{2}$ iiij.

Omnia injiciantur in vase terreo vitreato, quibus superaffunde

Aque communis tepentis $\frac{1}{2}$ lb viij.

Coquantur per semihoram igne lento, addendo in fine

Liquiritia rase, & contuse $\frac{3}{2}$ j.

Florum violarum $\frac{3}{2}$ iiij.

Seminis Cydoniorum,

Malvarum,

Gummi Tragacanthi .. ana $\frac{3}{2}$ ij.

Levi ebullitione facta, cola, colaturæ adde

Saccha-

Sacchari albi

15 v.

Cum albumine ovi clarifica, coque in syrumpum S. A.
Hic syrupsus easdem obtinet vites, quod præcedens.

Dosis eadem est.

SYRUPUS ALTHÆÆ

*Radicum Althææ rafarum à meditullio**repurgatarum*

3 ij.

*Graminis,**Asparagi,**Capillorum veneris,**Paffularum enucleatarum,**Cicerum rubrorum ana 3 j.**Summitatum Althææ,**Malve,**Parietarie,**Pimpinelle ana m.j.**Seminum quatuor frigidorum majorum, &**minorum ana 3 j.*

Incisis, & contusis, injice in vase terreo vitreato, super-
affundendo

Aqua communis tepidae 15 viiij.

Coquantur per semihoram, addendo in fine

Liquiritie rafe, & contuse 3 j.

Separantur ab igne, postea cola, colaturæ adde

Sacchari albi

15 vj.

Fiat syrupsus S. A.

Ad idem valet, quod præcedens.

Dosis eadem est.

SYRUPUS LIQUIRITIÆ

*Radicis liquiritie rafe, & contuse,**Capillorum veneris ana 3 j.**Hyssopi siccii* 3 b.*Aquæ fontanæ ferventis* 15 iiij.

Omnia ponantur in vase terreo vitreato, & per horas
viginti quatuor macerentur, calefiant, & colentur, colaturæ
adde

Saccha-

P A R S T E R T I A.

217

Sacchari albi lbj. b.

Mellis optimi 3 viij.

Clarifica , & in syrump crassum coque , ac in fine adde

Aquæ roscarum 3 jv.

Cola , & serva ad usum.

Thoracem , & pulmonem per anacatharsim expurgat , ideoz
que diuturnæ tussi , & pleuritidi auxiliatur.

Dosis à 3 j ad 3 ij.

SYRUPUS DE ABSINTHIO.

R... Summitatum Absinthii siccatarum 3 viij.

Rosarum rubrarum 3 ij.

Cinnamomi acuti 3 iij.

Macerentur omnia per horas viginti quatuor , in

Vini albi optimi , &

Succi Cydoniorum ana lb iiij.

Coque igne lento per semihorana , cola , colaturæ adde

Sacchari albi lb iiij.

Coque in syripi crassioris consistentiam , coletur , & adde

Aqua Cinnamomi 3 ij.

Misce optime , & serva ad usum.

Ventriculum roboret , coctionem juvat ; appetitum ex-
citat ; flatus dissipat ; & in mixturi stomachicis , ac febrifugis additur à 3 b ad 3 j.

SYRUPUS MENTHÆ.

R... Summitatum Menthae mediocriter

excicatarum lb b.

Rosarum rubrarum 3 ij.

Succi Cydoniorum , &

Granatorum acidorum ana lb ij.

Macerentur in vase terreo vitreato per horas viginti qua-
tor , dein igne lento leviter coquantur , colentur , & cum

Sacchari albi lb iiij.

Fiat syrups S. A. qui aromaticetur cum

Aqua Cinnamomi 3 ij.

Misce , & serva ad usum.

Ee

Ad

218 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.
Ad idem valet, quod præcedens.

Dosis eadem est.

R... **SYRUPUS LACCÆ.**

<i>Gummi Laccæ optimi</i>	3 v.
<i>Ficuum pinguium</i>	lb b.
<i>Lentium</i>	3 iij.
<i>Aqua communis tepide</i>	lb jv.
<i>Coquantur igne lento per horæ quadrantem, tunc adde Seminis Anisi</i>	3 iij.

Leviter coque, & statim ab igne separa, post coletur, colatus adde

Sacchari albi lb ij.
clarificantur, & coquantur in syrumpum S. A.

In variolis, morbillis, aliisque similibus infirmitatibus prodest.

Dosis à 3 b. ad 3 j.

R... **SYRUPUS DE KARABE.**

Succini citrini grossè triturati,

Opii thebaici in taleolas scēti ana q.v.

In scutela terrea moderato igne succinum liquefacit, sub finem adde opium, quod etiam similiter liquefaciat, donec in massam abierit nigricantem.

R... *Hujus massæ pulveratae* 3 iij.

Aqua fontanae lb iij.

Coquantur in vase figulinio vitreato, igne lento, per horæ quadrantem, refrigeratum liquorem per manicam cola, & cum

Sacchari clarificati ad spissiorem

confidentiam cocti lb iij.

Fiat syrpus S. A.

In tußim sicciam ab humoribus acribus, & falsis productam confert, dulcorat; somnum suavem inducit; colicos dolores lenit, caputque roborat.

Dosis à 3 b. ad 3 j.

R... **SYRUPUS CORALLIORUM.**

Coralliorum rubrorum preparatorum 3 jv.

Succi

*Succi granatorum**acidorum recenter expressi* $\frac{1}{2}$ ij.

Digere igne arenæ per dies quatuor in matracium vi-
treum, identidem vas commovendo, tincturam decanta, tunc

R... *Capitum papaveris albii**abjectis semenibus* $\frac{3}{2}$ ij.*Granorum Kermes* $\frac{3}{2}$ vj.*Aqua fontanæ* $\frac{1}{2}$ iiij.

Coque ad medias, cola, fortiter exprime, cum colatura, tinc-
tura coralliorum, &

*Sacchari clarificati ad electuarii**consistenter cocti* $\frac{1}{2}$ vj.*Fiat syrups S. A.*

Cordiales, & adstringentes vires habet, in fluxu hepatico, ac
dysenterico commendatur, in ventris fluxibus laudatur, & ad
abortum præcavendum utilis.

*Dosis à $\frac{3}{2}$ B ad $\frac{3}{2}$ j.***R**... *Sarsaparille* $\frac{1}{2}$ j B.*Radicis Chine minutim incisarum* $\frac{3}{2}$ iiij.*Aqua communis tepida* $\frac{1}{2}$ xvij.

Macerentur in vase terreo vitreato, loco calido per dies
tres, dein ad medias coquantur, colentur, colaturæ adde

Sacchari albii $\frac{1}{2}$ vj.*clarifica, & coque ad syrups consistenter S. A.*

In massa sanguinea depuranda, transpiratione movenda
laudatur; in morbis venereis, scabie, affectibus catarrhalibus
egregiè conductit

Dosis ab $\frac{3}{2}$ j ad $\frac{3}{2}$ ij.

Nota: quòd hic syrups, vulgariter (*de los remedios*) vo-
catur.

R... *SYRUPUS ANTI-RHEUMATICUS.**Radicis Chinæ,**Sarsaparille,*

Ee 2

Ligni

Ligni Sancti.....ana 3ij.

Visci quercini,

Santali rubri,

Rasura Cornu Cervi, vel Eboris ana 3j.

Ligna, & radices incisæ, & contusæ macerentur vase ter-

reo vitreato per horas viginti quatuor in

Aqua tepida 15 xij.

Dein coquuntur ad dimidias, colentur, & exprimantur;

in colatura disslove

Sacchari albi 15 vij.

clarifica, & in syrupo coque S.A.

In omnibus affectibus rheumaticis, ut in podagra, arthritide, in lue venerea, ac similibus ab ea præcipue produc-
tis, haud sine fructu crebro usurpatur.

Dosis à 3j ad 3iiij.

SYRUPUS CICHORII COMPOSITUS

Radicis Ciciorii 3ju.

Taraxaci, vel dentis Leonis,

Graminis.....ana 3j ℥.

Foliorum Ciciorii sylvestris,

Agrimoniae,

Lactuce,

Taraxaci,

Fumariæ,

Lupuli, ana 3iiij.

Capillorum veneris,

Ceterach, seu Asplenii,

Cuscutæ, sive epithymæ,

Fructuum alkekengi, ana 3ij.

Omnia parentur, & in

Aqua tepide 15 xx.

Coque ad medietatem, cola, & in colatura disslove

Sacchari albi 15 viij.

clarificantur, & coquuntur in syrupo crassum S.A.

Obstructiones hepatis, splenis, & omnium viscerum aperit: ac
ideo in cachexia, ictericia, & hydrope utitur.

Dosis

*Dosis à 3 j ad 3 ij.**DE SYRUPIS PURGANTIBUS SIMPLICIBUS.**SYRUPUS ROSARUM PALLIDARUM , SEU SOLUTIVUS AUREUS.**R... Florum Rosarum Alexandrinarum**recentium 15 vj.**Aqua communis ferventis 15 xx.*

Infunde per horas duodecim in vase terreo vitreato angusti oris , cola , & exprime , ac parem (in expresso) florum rosarum quantitatem adde , infunde similiter , ter id ipsum repete , colaturæ per manicam trajectæ adde

*Sacchari albi 15 x.**clarificantur , & coquantur in syrupum S. A.**Secure , & blandè humores crassos , & viscidos expurgat.**Dosis ab 3 j ad 3 ijv.*

Nota, quod hic syrpus, pro syrupo Rosarum ex novem infusionibus infervit.

*SYRUPUS INFUSIONUM ROSARUM RUBRARUM.**R... Infusionis Rosarum Rubrarum**eodem modo parata, ut supra 15 vj.**Sacchari albi 15 iiij.*

Clarifica , & coque S. A. ut fiat syrpus ad debitam consistentiam , qui coletur , & ad usum reponatur.

Ad viscera , caput , nempe cor , hepar , ventriculum , ac intestina roboranda commendatur : bilem temperat , & alvum suaviter educit , proindeque vi sua adstringenti ipsas partes roboret.

*Dosis ab 3 j ad 3 ijv.**Simili modo fiunt syrapi**Florum Persicorum,**Violarum , &**Similium.**SYRUPUS DE RHAMNO CATHARTICO.**R... Succi e Baccis maturis Rhamni**Cathart.*

cathartici recenter expressi , & per	
subsidentiam defæcati	lb iiij.
Sacchari albi	lb ij.

Coque in syrum S. A.

Humores serosos potenter expurgat, in hydrope , & similibus affectibus infervit.

Dosis à 3 j ad 3 iiij.

SYRUPUS EMETICUS.

R... Vini emetic*i*,

Sacchari albi ana lb j.

Coque igne lento in syrum S. A.

Vomitivum est , & ideo in omnibus infirmitatibus , in quibus vomitum desideratur, utilis est.

Dosis à 3 ij ad 3 j.

DE SYRUPIS PURGANTIBUS COMPOSITIS.

SYRUPUS CICHORII CUM RHABARBARO.

R... Rhubarbari electi minutim

fracti 3 jv.

Salis Cathartici nostri 3 j.

Immittantur in vas terreum vitreatum , quibus superaffunde

Aqua ferventis lb jv.

Digerantur loco calido , vase obturato , per horas viginti quatuor , & ebullitione facta , cola , ac exprime , colatura adde

Syrupi cichorii compositi lb jv.

Fiat syrum S. A.

Ad alvum leniter laxandam laudatur , & in cachexia , affectione hypochondriaca , & aliis infirmitatibus ab obstruktione pendentibus.

Dosis à 3 lb ad 3 ij.

SYRUPUS CARTHAMI, SEU COMITIS.

R... Seminis Carthami,

Radicis Polypodii mundati , &

contusi ana 3 jv.

In-

Infundantur , & macerentur per horas viginti quatuor in
Aqua ferventis ℥ xij.

Dein coquantur igne lento ad dimidias , colentur,in colla-
tura ferventi infunde

<i>Foliorum Sennæ mundatæ</i>	3 jv.
<i>Seminis Anisi</i>	3 B.
<i>Salis Cathartici nostri</i>	3 vj.

Digerantur per horas duodecim , & post levem decoctio-
nem , cola , colaturæ adde

<i>Sacchari albi</i>	℥ iiij.
<i>clarifica , & coque in syrum crassum S. A.</i>	

Humores omnes expurgat , & communiter usurpatur in
omnibus infirmitatibus , ubi opus est purgari.

Dosis à 3 j ad 3 jv.

R SYRUPUS DE SCAMMONIO.

<i>Scammonii electi crassi sculè triti,</i>	
<i>Glycyrrhise rasa , & contusa ana 3 vj.</i>	
<i>Iridis Florentinæ</i>	3 B.
<i>Spiritus Vini rectificati,</i>	
<i>Aqua communis ana 3 viij.</i>	

Infundantur per dies tres in Matracium vitreum , benè
obturatum, postea tinctura per manicam coletur, colaturæ adde

<i>Sacchari albi pulverisati</i>	℥ ij B.
----------------------------------	---------

Fiat evaporatio ad syrapi consentiam S. A.

Ad expurgandos humores tartareos , & viscidos tenaces,
in affectione hypochondriaca, apoplexia, lethargo, ac similibus
affectionibus idoneus est.

Dosis à 3 iiij ad 3 j B.

R SYRUPUS SARSÆPARILLÆ SOLUTIVUS.

<i>Smilacis Asperæ</i>	℥ j B.
<i>Ligni Sancti,</i>	
<i>Corticis ejusdem ana 3 viij.</i>	
<i>Polypodii quercini</i>	℥ j.
<i>Hordei mundi</i>	3 vi.

Radicis chinæ minutim sectæ,

<i>Cichorii</i>	ana	3 ij.
<i>Aristolochia rotundæ</i>		3 j.
<i>Passularum, sine acinis</i>		3 viij.
<i>Ivae arthetice</i>		m. iij.
<i>Radicis Gialappa</i>		3 j. b.
<i>Seminis Fumarie</i>		3 j.

Quæ contundenda, contundantur, & in

Aqua communis ferventis ℥ xl

Infundantur per biduum in commodo vase, benè clauso; dein omnia mittantur in alembicum æneum, rite stannatum, capitello, excipuloque instructum, juncturisque obseratis, diffillentur, circiter ad libras liquoris decem, iterum

R ... <i>Hermodactylorum</i>		3 viij.
<i>Mechoacanna</i>		3 j. b.
<i>Asari</i>		3 j.
<i>Epithymi</i>		3 ij.
<i>Senæ mundatae</i>		3 xvj.
<i>Florum Cordialium</i>		p. ij.
<i>Salis nostri Cathartici</i>		3 iij.

Fiat omnium infusio in sufficienti quantitate liquoris, siue aquæ supra distillatae per horas duodecim in vase clauso, dein una, vel altera ebullitione percoquatur, tolle ab igne, & parum detine, priusquam refrigeretur, coletur cum expressione, qua, & cum decocto in alembico à distillatione relicto, cunctato, valideque prælo expresso, &

Sacchari albi ℥ xij.

Mellis optimi ℥ viij.

Fiat ex arte Syrupus ad usum Medicum servandus.

Ad expurgandos viscidos, crassos, tartareosque humores, dolores à lue venerea productos, atque rheumaticos sedandos, pro specifico Medicamento habetur.

Dosis ab 3 j ad 3 ij per plures dies in lacte, vel sero lactis, aut in decocto radicis chine, seu smilacis asperæ Peruvianaæ.

PARS QUARTA.

CAPUT I.

DE PULVERIBUS.

Pulvis est medicamentum siccum contusione mediante, trituratione, aut lævigatione in particulas minutissimas redactum.

Pulverisatio, ut ritè instituatur, observari debent sequentia.

Primo: omnia simplicia friabilia, quæ faciliter in pulvrem abeunt, ut Scammonium, Aloe, resina Gialappæ, Mastiche, Olibanum, Gummi Ammoniacum, & similia contundi minimè debent: nam sola lævigatione in mortario facta pulverifantur.

Secundo: aromata, herbæ, floresque odorati ne diù contundantur, sed suaviter in pulvrem omnia sunt redigenda: eorum namque particulæ salino-oleoso-volatiles forti contusione in fugam se arripiunt.

Tertio: omnia corpora oleosa, scilicet Nux Moschata, Macis, Semina Frigida, & Calida, Amygdalæ, ac similia, si sola contundantur, in massam pinguem reducuntur, ideoque cum aridioribus, & terrestrioribus medicaminibus, oleosas videlicet particulas dividentibus, misceantur, ut facillimè pulverifantur.

Quarto: omnia simplicia spongiosa, & paleosa, veluti Spica Indica, Schænanthum, Colocynthis, Agaricus, & similia, cum forcipe minutim scindi debent, dein cum mucilagine tragacanthi in massam, mediante contusione, redigantur: postea exiccentur, ut faciliter in pulvrem subtilissimum convertantur.

226 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

Quintò : ligna varia , & cortices , sicut Santalorum genera , Guajacum , ejus Cortices , & similia , aqua priùs humectentur , pila deinde , sive mortario æneo contundantur , ut aptè , ac sine deperditione in pulverem subtilissimum reducantur .

Sextò : omnia salia acida , alkalia , vel volatilia , præparata mercurialia , & similia , particulas acres , & corrodentes continentia , in mortario lapideo , aut vitro cum pistillo , lœvigatione mediante , pulverisentur .

Septimò : pulveres Bechici , vel Anti-phthisici dicti , ut Haly , &c. assevari non debent , quia cito fiunt rancidi , & ideo recentes , extemporeque parandi sunt .

DE PULVERIBUS PURGANTIBUS.

R. PULVIS DE TRIBUS , SEU CORNACHINUS .

Scammonii Alepensis ,

Cryſtalli tartari ,

Antimonii diaphoretici ana p. æq.

Fiat omnium pulvis subtilis S. A.

Humores omnes blandè educit ; vitia ventriculi , nauseam , anorexiā corrigit ; febribus intermittentibus , paralyſi , apoplexiā , & similibus affectibus perquam idoneus est .

Dosis à 3 j ad 3 B usque ad 3 j.

Nota: nos in hoc de tribus dicto pulvere , minimè de Scammonio sulphurato recordari , quoniam sulphuris fumo neutiquam scammonium optimè præparatur ; maximè si sit purum , & electum præparatione haud indiget .

R. PULVIS CATHOLICUS SOLUTIVUS .

Scammonii Cydoniati

3 B.

Radicis Mechoacanne ,

Gialappa resinosa ana 3 vj.

Tartari vitriolati , seu solubilis 3 iij.

Fiat Pulvis S. A.

Efficacior est ad omnes ferè humores excrementitious expellendos , biliosos præterim , & aquosos , viscerum obstrunctiones pariter solvit .

Dosis

Dosis à 3 j ad 3 ij.

PULVIS AD SUPPOSITORIA.

R... <i>Trochiscorum Albandal</i>	3 j.
<i>Aloes succotrinae</i>	3 j B.
<i>Salis Gemmei</i>	3 ij.

Fiat pulvis S. A. ad usum servandus.

DE PULVERIBUS ALTERANTIBUS.

PULVIS AROMATICUS ROSATUS.

R... <i>Rosarum Rubrarum exungulatarum</i>	3 xv.
<i>Ligni Aloes,</i>	
<i>Santali citrini</i>	<i>ana 3 iiij.</i>
<i>Cinnamomi electi</i>	3 v.
<i>Caryophyllorum,</i>	
<i>Macis</i>	<i>ana 3 ij B.</i>
<i>Nucis moschatae,</i>	
<i>Cardamomi minoris,</i>	
<i>Radicis Galange</i>	<i>ana 3 j.</i>
<i>Spicea nardi</i>	3 ij.

Fiat omnium pulvis subtilissimus S. A.

Cerebrum, cor, ventriculum, & alia viscera efficaciter roborat; alimentorum coctionem juvat, vomitum, & diarrhoeam ab humoribus viscidis ortam, cohabet; ac appetitum excitat.

Dosis à 3 B ad 3 ij vel 3 j.

PULVIS DIAMARGARITI FRIGIDI.

R... <i>Margaritarum orientalium preparatarum</i>	3 B.
<i>Rosarum rubrarum exungulatarum,</i>	
<i>Florum Violarum,</i>	
<i>Buglossi</i>	<i>ana 3 iiij.</i>
<i>Santali rubri,</i>	
<i>citrini,</i>	
<i>Ligni Aloes,</i>	
<i>Radicis tormentillae,</i>	
<i>Baccarum Myrti,</i>	
<i>Granorum Kermes,</i>	

Succini albi preparati,

Rasuræ eboris,

C. C. crudi ana 3 ij.

Corallii rubri preparati 3 ij.

Foliorum auri, & argenti ana n. xxx.

Fiat Pulvis subtilissimus S. A.

Omnia viscera roborat, vires deperditas reficit, & humorum malignitati resistit.

Dosis à 3 B ad 3 ij vel 3 j.

PULVIS IMPERIALIS.

R... Lapidis Bezoar Occidentalis 3 B.

Margaritarum Orientalium preparatarum,

Smaragdorum preparatorum ana 3 ij.

Succini albi preparati 3 j B.

Ligni Aloes,

Rasuræ C. C. crudi,

Radicis Pæonie,

Nucleorum seminis ejusdem,

Florum tiliae,

Corallii rubri preparati,

Pulveris viperarum,

Ligni visci quercini,

Radicis Filipendulae ana 3 j.

Foliorum Auri,

Argenti ana n. xxx.

Fiat ex arte pulvis subtilissimus.

Nervos roborat, & spiritus reficit, ideo in capitibus affectibus prodest, ut in epilepsia, Apoplexia, paralyssi, vertigine, & similibus; humorum malignitati resistit, ac meatuum cerebri obstructiones tollit.

Dosis à 3 j ad 3 ij vel 3 j.

PULVIS DE GUTTETA.

R... Radicis Pæoniae maris 3 j B.

Contrayervae,

Ligni visci quercini ana 3 vj.

Rasu-

PARS QUARTA.

229

*Rafurę eboris,**Cornu Cervi,**Ungulę Alcis,**Cranii hominis inhumati,**Coralli rubri preparati,**Hyacinthorum preparatorum;**Lapidis Bezoar occidentalis ana 3 j. b.**Foliorum Auri n. l.**Fiat pulvis subtilissimus lege Artis.**Ad idem valet. Dosis eadem est.*

PULVIS EPILEPTICUS.

*R... Radicis Fraxinelle,**Contrayerve,**Serpentariae virginianae,**Paeoniae maris,**Seminis ejusdem,**Cornu Cervi crudi,**Ungulę Alcis,**Visci Quercini ana 3 ij.**Radicis Valerianae sylvestris 3 j.**Coralli rubri preparati,**Cranij hominis non humati,**Lapidis Bezoar occidentalis ana 3 iiij.**Hyacinthorum preparatorum 3 j.**Fiat omnium pulvis subtilissimus, cui adde**Foliorum auri n. xl.**Et ad usum servetur.**Ad idem valet.**Dosis eadem.*

PULVIS LÆTIFICANS.

*R... Ligni Aloes, vel santali citrini,**Zedoarie,**Croci,**Seminis ocimi,**Caryophyllorum,*

Cortt-

*Corticu*m exteriorum citrei,
Galange,
Macis,
Styracis Calamite,
Nucis moschatae ana 3 v.
Camphorae 3 j.
Rasuræ Cornu Cervi
Eboris,
Seminis Anisi,
Margaritarum orientalium præparatarum ana 3 ij.
Foliorum Auri,
Argenti ana n. lx.
Fiat pulvis S. A.

Ad cordis affectus, ejusque palpitationem, & tremorem confert, intemperiem ventriculi, ac hepatis frigidam, humidamque corrigit, coctionem adjuvat; malum corporis habitum emendat: coloris gratiam conciliat; oris quoque halitum gratum efficit, & vires desperditas instaurat.

Dosis à 3 fl ad 3 ij. vel 3 j.

PULVIS è CHELIS CANCRORUM, SEU LAPIS
de contrayerva.

R... *Apicum nigrorum Chelarum*
Cancrorum 3 ij.
Oculorum Cancrorum fluviatilium,
Corallit rubri,
Succini albi præparatorum,
C. C. philosophicè præparati ana 3 j.
Radicis contrayervæ,
Margaritarum orientalium præparatarum,
Lapidis Bezoar occidentalis ana 3 fl.
Truncorum viperarum 3 ij.
Fiat omnium pulvis S. A.

Alii cum gelatina C. C. lapides ovales conficiunt, qui postea siccant, & ad usum servant, sub nomine Lapidum Contrayerve, qui ad eosdem usus inserviunt, ut Lapis de Goa (vulgo) de Gaspar Anton.

Hic

Hic pulvis bezoardicus est , sanguinem puriore reddit ; sudorem promovet ; in variolis , morbillis , & similibus affectibus idoneus valde .

Dosis à 3 j ad 3 ij vel 3 j.

PULVIS CACHECTICUS.

R... *Croci Martis aperientis* *3 j.*

Radicis Ari *3 j B.*

Succini albi præparati,

Corallii rubri præparati,

Cinnamomi acuti,

Margaritarum præparatarum ana 3 jv.

Sacchari canti *3 j B.*

Fiat omnium pulvis subtilissimus S. A.

Ad acidum viscidum invertendum efficacior est ; obstruções primarum viarum mensenterii , & aliorum viscerum referat , ideoque in cachexia , melancholia , & similibus morbis proficit .

Dosis à 3 B ad 3 j B.

PULVIS DIATRAGACANTHI FRIGIDI,

R... *Gummi tragacanthi albissimi* *3 j.*

Arabici albi *3 v.*

Liquiritie rafae *3 j.*

Seminis Melonum,

Cucurbitæ,

Amyli ana 3 ij.

Seminis papaveris albi *3 j B.*

Sacchari Canti *3 j B.*

Fiat omnium pulvis S. A.

Ad tuſsim ſiccām , ab humoribus acribus , & falfis productam , confert : ideoque phthifīcīs , ſanguinem ſpūentib⁹s , & fauicium asperitati ſuccurrīt .

Dosis à 3 j ad 3 ij.

Nota : quòd ſemina frigida , & papaveris albi non ſunt addenda , nec miſcenda in hac compositione , ne rancida fiat , niſi eo tempore , quo Medicus eam expofulet .

PUL-

PULVIS ANTI-PHTHISISCUS

(de Haly dictus.)

R... *Seminis papaveris albi* 3 vj.

Gummi arabici albi,

Tragacanthi albi,

Amyli,

Rasure eboris,

Liquiritiae rasa..... ana 3 ij.

Semminis Cydoniorum,

Portulace..... ana 3 B.

Melonum,

Cucurbitae ana 3 j.

Sacchari canti, seu albi 3 iiij & 3 vj.

Fiat ex Arte pulvis.

Ad idem valet, ac pulvis præcedens.

Dosis eadem est.

Nota: quod hic pulvis, semper recens parari debet, nam si servetur, rancidus citò evadit.

PULVIS RESTRICTIVUS.

R... *Boli armene,*

Lapidis hematitis ana 3 ij.

Radicis Bistorte,

Rosarum rubrarum,

Baccarum Myrti,

Balaustiarum,

Nucum Cupressi ana 3 j.

Masticæ,

Myrræ,

Thuris,

Sanguinis Draconis ana 3 B.

Fiat pulvis S. A.

Ad sanguinis fluxum narium, hæmorrhidarum, & alia-
rum corporis partium pro uisu externo, cum ovi albumine
permixtus valet: sumitur quoque in ventris profluvio, & spu-
o cruento.

Dosis

Dosis à 3 j ad 3 j.

PULVIS DIARRHODON.

R... *Rosarum rubrarum exungulatarum 3 vj.*

*Santalii citrini**Rubri ana 3 j ℥.**Ligni aloes,**Cinnamomi electi,**Acori veri,**Rasuræ Cornu Cervi**Eboris,**Croci,**Masticæ,**Cardamomi minoris,**Macis,**Seminis Anisi,**Fæniculi,**Ocimi,**Margaritarum preparatarum ana 3 ℥.**Fiat pulvis subtilissimus S. A.*

Caput, & omnia viscera roborat, frigidum stomachum
fovet, coctionem juvat, appetitumque excitat, & vomitum co-
hibet.

Dosis à 3 j ad 3 ij vel 3 j.

PULVIS TRIUM SANTALORUM.

R... *Trium Santalorum,*

*Rosarum rubrarum ab unguis mundatarum;**Liquiritiae rafæ ana 3 ℥.**Seminis endivie,**Portulacæ;**Melorum mundatorum;**Gummi tragacanthi albi,**Arabici albi ana 3 j.**Rasuræ eboris**3 ij.**Fiat pulvis S. A.*

234 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

In omni stomachi , & hepatis incalescentia confert , dy-
fentericis , atque hecticis salutaris est.

Dosis à 3 ℥ ad 3 jv.

R... Seminis Coriandri,

Anisi,

Fœniculi,

Carvi,

Seselios Mafiliae,

Radicis Zedoariae,

Liquiritiae rafæ,

Cinnamomi eleæti ana 3 ℥.

Sacchari albissimi 3 vj.

Fiat pulvis S. A.

Ad stomachi frigidos affectus valet , coctionem adju-
vat , & flatus dissipat.

Dosis à 3 j ad 3 ij.

PULVIS STOMACHICUS, SIVE ARI COMPOSITUS.

R... Radicis Ari 3 ij.

Calami Aromatici officinarum 3 j.

Matris perlarum præparatarum 3 ℥.

Cinnamomi eleæti 3 iiij.

Salis Absinthii,

Tartari vitriolati ana 3 jv.

Sacchari rosati tabellati 3 v.

Fiat ex arte pulvis ad usum servandus.

Stomachum firmat , & coctionem juvat , appetitum pro-
movet , in capitibus affectibus , nempe in vertigine , melancho-
lia hypocondriaca , cachexia , febribusque intermittentibus
valde salutaris , obstrunctiones deinde aperit , & arenulas
pellit.

Dosis à 3 j. ad 3 j.

R... Radicis Tormentilla,

Sym-

P A R S Q U A R T A.

235

<i>Sympbyti majoris,</i>	
<i>Bifortæ.....ana</i>	<i>3 iiij.</i>
<i>Balaustiarum,</i>	
<i>Granorum Kermes</i>	<i>ana 3 ij.</i>
<i>Seminis Plantaginis,</i>	
<i>Berberis</i>	<i>ana 3 j.</i>
<i>Rasuræ Eboris</i>	<i>3 j B.</i>
<i>Sanguinis Draconis</i>	<i>3 ij.</i>
<i>Mastiebes</i>	<i>3 j.</i>
<i>Terræ sigillatæ</i>	<i>3 iiij.</i>
<i>Succini albi preparati,</i>	
<i>Corallii rubri preparati ..</i>	<i>ana 3 j B.</i>
<i>Terræ Japonicæ</i>	<i>3 j.</i>
<i>Laudani opati</i>	<i>3 B.</i>

Fiat omnia pulvis S. A.

Non solum ad Abortum præcavendum, sed etiam ad
alvi profluvium, & quamlibet hæmorrhagiæ valet.

Dosis à 3 j ad 3 j.

R... PULVIS AD CASUM.

<i>Mumie,</i>	
<i>Sanguinis Hirci preparati,</i>	
<i>Terræ sigillatæ</i>	<i>ana 3 vj.</i>
<i>Rhabarbari</i>	<i>3 j B.</i>
<i>Fiat pulvis subtilis S. A. cui adde</i>	
<i>Spermatis Geti</i>	<i>3 iiij.</i>
<i>Misce exactè in mortario lapideo, & serua ad usum.</i>	
<i>Præcipitatis ab alto, contusis, & fractis proficit;</i>	

Dosis à 3 B ad 3 j.

C A P U T II.

DE ELECTUARIIS, SEU CONFECTONIBUS.

Electuarium est medicamentum internum ex variis simplicibus electis compositum, aliquando liquidam, aliquando solidam consistentiam habens, & dividitur in duas classes, in Alterantes, videlicet & Purgantes.

DE CONFECTONIBUS CORDIALIBUS ALTERANTIBUS.

Electuarium alterans est medicamentum ex pluribus simplicibus preparatis, nempe cordialibus, adstringentibus, diureticis, & aliis concinnatum, saccharo, sive melle confectum.

R... ELECTUARIUM, SEU CONFECTIO ALKERMES.

Margaritarum preparatarum,
Lapidis Lazuli usci, & preparati ... ana 3 ij.
Ligni aloes,
Cinnamomi acuti ana 3 vj.
Fiat omnium pulvis subtilissimus, & cum
Syrupi Kermes recenter facti, ad
Mellis liquidi consistentiam cocti 15 j. b.
Paretur confection S. A. miscendo in fine
Foliorum auri n. C.
Et postea ad usum servetur.

Cor, stomachum, & cerebrum roborat, spiritus reficit; sanguinem purificat; humorum putredinem arcet, & ad cordis tremorem, syncopem, abortumque præcavendum proficuum valde.

Dosis à 3 j ad 3 ij.

Nota: quod in his confectionibus (quas vocant cordiales) Auri panes adduntur, quantumvis ab omnibus pro frustaneis, & nostro calore invincibilibus habeantur; sed ab usu non

non recedentes, nos etiam adjicimus, quia si non proficiunt,
non officiunt, & saltem decoram quamdam venustatem
Pharmaco conciliant.

ELECTUARIUM, SIVE CONFECTIO HYACINTHO-
rum cum acido.

R... *Hyacinthorum Orientalium preparatorum* 3*j.*

Coralli rubri preparati,

Terra sigillatae,

Ligni Aloes, vel Santali citrini,

*Rasurę Cornu Cervi.....ana 3*ij.**

Radicis tormentillae,

Dictamni albi, seu fraxinella,

Granorum Kermes,

Myrrae,

Rosarum Rubrarum exungulatarum,

Seminum citrei, aut limonum excorticatorum;

Acetosae,

*Portulaca.....ana 3*ij.**

Margaritarum preparatarum,

Croci ana 3*j.*

Corticium exterioram Aurantiorum,

*Citrei siccatorum ... ana 3*ij.**

Terantur subtilissime, & cum

Syrupi limonum recentis

15*ij. G.*

Fiat confectio S. A. cui adde

Foliorum Auri

n. lx.

Et serva ad usum.

In affectibus cephalicis, & lipothymiis, mirè succurrit,
syncopem, ac animi defectus arcet, humorum putredinem
corrigit, & præcavet; in febribus acutis, malignisque à nimia
humorum dissolutione pendentibus, diarrhoea complicatis,
idonea valde.

*Dosis à 3*ij* ad 3*ij.**

Nota: quod alia Hyacinthorum sine acido sit Confectio;
scilicet cum syrupo florum tunicae, servata supra descripta
metho-

methodo, hanc Medici in febribus malignis à liquidorum coagulatione ortis, præscribunt, ideoque reponitur in officinis.

Dosis eadem est.

ELECTUARIUM SIVE CONFECTIO GENTILIS

Cordialis.

- R... Margaritarum preparatarum,
 Lapidum hyacinthorum,
 Rubinorum preparatorum,
 Rasure Cornu Cervi,
 Ligni Aloes,
 Cinnamomi,
 Macis,
 Croci,
 Caryophyllorum,
 Seminis ocimi,
 Portulace,
 Endivie,
 Corticum exteriorum Citrei,
 Florum Borraginis,
 Buglossi,
 Santali rubri ana 3j.
 Omnia subtilissimè pulverisentur, & cum
 Syrupi florum Borraginis recentis 3 xvij.
 Fiat confectio S. A. cui adde
 Foliorum Auri,
 Argenti ana n. lx.
 Misce optimè, & serva ad usum.

Efficacissima est contra quascumque cordis affectiones, exhilarat, atque roborat.

Dosis à 3j ad 3ij.

ELECTUARIUM, SEU THERIACA SMARAGDORUM.

- R... Smaragdorum preparatorum,
 Ligni visci quercini ana 3 iij.

Hyacin-

Hyacinthorum præparatorum,
Croci,
Rasuræ Eboris ana 3 ij.
Radicis Pæoniae maris,
Seminis ejusdem excorticati ana 3 j.
Cinnamomi optimi 3 ij.
Seminis Citrei mundati,
Dictamni cretici ana 3 j B.
Seminis Acetosæ,
Corallii rubri præparati,
Granorum Kermes ana 3 vj.
Radicis Galangæ 3 B.
Omnia subtilissimè terantur, & cum
Syrupi ex succo limonum cum
Melle facti 15 iiij.

Fiat electuarium S. A.

Cor, stomachum, & cerebrum roborat, adversus nervorum, & capitis affectus convulsivos egregie præstat.

Dosis à 3 j ad 3 ij.

DE ELECTUARIIS, SEU CONFCTIONIBUS OPIATIS.

Opiata sunt confectiones, sive electuaria alterantia in quibus ingreditur opium.

THERIACA MAGNA COLLEGII REGALIS PHARMA-

R.. *Trochisorum Scilliticorum 15 xvij.*

Viperinorum,

Hedychroi,

Piperis longi,

Opii Thebaici ana 15 xxijv.

Rosarum rubrarum exungulatarum,

Iridis,

Succi liquiritie,

Seminis Buniadis,

Scordii,

Opobalsami,

Cinna-

- Cinnamomi,*
Agarici ana lib xij.
Myrræ,
Costi,
Croci,
Cassia lignea;
Nardi Indicæ,
Schenanthi,
Tburis masculi;
Piperis albi,
nigri,
Dictamni Cretici;
Praessii albi,
Rhapontici,
Stbæcadis Arabicæ;
Petroselini Macedonici;
Galaminthes montana;
Terebinthinae Chia;
Zinziberis,
Pentaphylli ana lib viij.
Polii montani,
Chamœphytos,
Styracis Calamitæ;
Meu Athamanici;
Amomi racemosi;
Acori veri,
Nardi Celticæ;
Terre Lemnie,
Valerianæ majoris;
Chamedryos,
Malabathri,
Chalcitidis,
Gentianæ,
Anisi,
Fæniculi,

Hypo:

Hypocistidis,
Carpobalsami,
Gummi Arabici,
Cardamomi minoris;
Seseleos Massiliensis,
Acaciae,
Tblaspis,
Hyperici,
Anmeos,
Sagapeni ana 15 jv.
Aristolochiae tenuis,
Dauci Cretici,
Bituminis Judaici,
Opoponacis,
Galbani,
Centaurii minoris,
Castorei ana 15 ij.
Mellis præstantissimi triplum.
Vini optimi q.s.

Quæ terenda , subtilissimè terantur , & quæ dissolvenda ,
in vino exactè dissolvantur , ut fiat electuarium S. A.

In febribus malignis , pestilentibus , &c in ipsa peste pro-
dest ; in paralyssi , epilepsia , diarrhoea , & tenesmo sæpiissi-
mè usurpatur ; vermes interimit ; humorum putredinem ar-
cet , coctionem adjuvat , ac in hystericis affectibus , & aliis
ab humoribus crassis ortis , perquam idoneum est.

Dosis à 3j ad 3j. in clysteribus autem
à 3j ad 3ij.

DIASCORDIUM.

R... *Foliorum Scordii,*
Rosarum rubrarum exungulatarum ana 3vj.

Hh

Bolt

<i>Boli armene orientalis</i>	$\frac{3}{3} j.$
<i>Styracis calamitae,</i>	
<i>Diellamni Cretici,</i>	
<i>Radicis tormentillae,</i>	
<i>Bistortae,</i>	
<i>Gentianæ,</i>	
<i>Galbani puri,</i>	
<i>Succini præparati</i>	<i>ana 3 ij.</i>
<i>Cinnamomi acuti</i>	$\frac{3}{3} b.$
<i>Opij,</i>	
<i>Piperis longi,</i>	
<i>Zingiberis,</i>	
<i>Seminis oxalidis</i>	<i>ana 3 j.</i>
<i>Omnia subtilissimè terantur, & cum</i>	
<i>Mellis rosati spissioris consistentię</i>	$\frac{3}{3} xxiv.$
<i>Fiat ex Arte electuarium.</i>	

In febribus malignis , diarrhoea stipatis , est optimum , acres humores demulcent , colicos dolores mitigant , & somnum conciliant.

Dosis à 3 j ad 3 j.

R... PHILONIUM MAGNUM , SEU ROMANUM.

<i>Seminis bysciamii,</i>	
<i>Papaveris albi ana 3 x.</i>	
<i>Opii</i>	$\frac{3}{3} v.$
<i>Cinnamomi acuti</i>	$\frac{3}{3} vj.$
<i>Seminis Apii,</i>	
<i>Petroselini Macedonici,</i>	
<i>Fæniculi,</i>	
<i>Dauci Cretici,</i>	
<i>Cofeti,</i>	
<i>Myrrhe,</i>	
<i>Castorei</i>	<i>ana 3 ij.</i>
<i>Croci,</i>	
<i>Pyrethri,</i>	

Nardi

Nardi Indicæ ana 3 ij.

Fiat omnium pulvis subtilissimus, & cum

Mellis optimi despumati 15 ij.

Paretur electuarium S. A.

Colicos dolores placat, & flatus dissipat, vomitumque cohibet; & somnum blandè conciliat.

Dosis à 3 j. ad 3 ij. in enematis à 3 j ad 3 iiij.

R M I T H R I D A T I U M .

Myrræ optimæ,

Olibani, seu Thuris masculi,

Croci,

Agarici albi, & levis,

Zingiberis,

Cinnamomi acuti,

Nardi Indicæ,

Seminis thlaspeos ana 3 v.

Seseleos Massiliae,

Opopobalsami, in ejus defectu Balsami albi,

Florum Schænanthi,

Stachados,

Coffi,

Galbani puri,

Terebinthinae Chie,

Piperis longi,

Castorei,

Succi hypocistidis,

Styracis calamite,

Opoponacis,

Folii Indi,

Cassiq̄ lignea ana 3 3.

Polii montani,

Piperis albi,

Foliorum Scordii,

Seminis Dauci Cretici,

Carpobalsami, in ejus defectu Cubeba,

Trochis corum Cypheos,
Bdelii ana 3 ij ℥.
Nardi Celticae,
Gummi Arabici albi,
Seminis petroselini Macedonici,
Foeniculi,
Cardamomi minoris,
Opii,
Rosarum rubrarum exungulatarum,
Dictamni Cretici,
Radicis Gentianae ana 3 ij ℥.
Acori veri,
Ari,
Phu,
Seminis Anisi,
Sagapeni ana 3 j ℥.
Meu Athamantici,
Acacie veræ,
Ventriss Scinci,
Seminis Hyperici . . ana 3 j ℥ gr. xvij.

Quæ dissolvenda, in vino optimè dissolvantur, & quæ terenda, subtilissimè terantur, & cum

Mellis optimi despumati 15 vj & 3 jv.

Fiat electuarium S. A.

Ad pestem, & frigidos omnes affectus valet; in variolis, morbillis, febribus malignis, & scorbuto confert: humorum malignitati resistit, ac in viperarum morsu, aliorumque animalium venenosorum perutile habetur.

Dosis à 3 j ad 3 ij.

R. ELECTUARIUM ORVIETANUM.

Radicum Vicentoxici,
Zedoarie,
Carline,
Angelicae,
Dictamni albi;

Con-

Contrayervæ,

Enulæ campanæ,

Viperinæ virginianæ ana 3 j. b.

Foliorum dictamni creticæ,

Scordii,

Rutæ ana 3 ij.

Galbani puri 3 vj.

Croci 3 vij.

Cinnamomi,

Caryophyllorum . . . ana 3 ij.

Extracti opii, 3 iiij.

Terræ sigillatæ,

Mirræ ana 3 b.

Truncorum Viperarum 3 j.

Omnia subtilissimè terantur, & cum

*Extracti Juniperi ad mellis
consistentiam redacti 15 vj.*

Vini optimi q.s.

Fiat electuarium, quod in vase clauso, per aliquot menses pone ad fermentandum, postea adde

Olei stillati succini,

Corticum citri ana 3 ij.

Salis volatilis Viperarum in paucis

vino soluti 3 iiij b.

Et omnia exactè permista, serventur ad usum.

Cardiacum, cephalicum, & stomachicum est; adversus venena, pestem, variolas, morbillos, omnesque epidemicos morbos valet, admodum quoque conducit in cerebri frigidis affectibus, & ventriculi.

Dosis à 3 b ad 3 ij.

R ELECTUARIUM, SEU THERIACA DIATESSARON.

Radicum Gentianæ,

Aristolochia rotundæ,

Myrræ optime,

Bascarum lauri ana 3 jv.

Fiat

246 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.
 Fiat omnium pulvis subtilissimus, & cum
 Mellis despumati, &
 extracti Baccarum Juniperi . . . ana 1lb ij ss.
 Paretur electuarium S. A.
 Coctionem juvat; in epilepsia, paralyssi, spasmo, hydro-
 pe, cachexia, & in frigidis quoque affectibus confert.
 Dosis à 3 ij. ad 3 jv.

R... THERIACA COELESTIS.

Extracti opii	3 iiij.
Croci optimi	3 ss.
Styracis calamitæ	3 j ss.
Myrrhae eleæ	3 ij.
Galbani puri,	
Masticæ,	
Opoponacis	ana 3 j.
Castorei	3 ss.
Extractorum Cardui benedicti,	
Centaurii minoris,	
Tormentillæ,	
Scordii,	
Contryerue,	
Carline	ana 3 ij.
Vicentoxicici,	
Valerianæ majoris,	
Gentianæ,	
Aristolochie rotundæ ana 3 j ss.	
Zedoarie	3 ij.
Resinæ, seu Gummi Guajaci	3 ss.
Camphoræ	3 ss.
Oleorum stillatorum Cinnamomi,	
Caryophyllorum,	
Baccarum Juniperi,	
Corticum Citri . . . ana gt.x.	
Balsami Peruviani liquidi,	
Olei expressi Nucis moschatæ	ana 3 j ss.

Cinna-

Cinnabaris native levigate,
Pulveris Viperarum,
Succini albi preparati,
Bezoardici mineralis ana 3 ij.
Salis volatilis succini 3 j.

Extracta, camphora, & nucis moschatae oleum cum sufficienti Elixirii vitæ quantitate dissolvantur, ut mediocris consistentiæ paretur massa, cui immisceantur pulveres simplicium pulverabilium, addendo in fine Balsamum, olea distillata, & succini sal volatile; omniaque exactissimè permista, ad usum serventur.

Magnarum virium censetur, ideoque Theriaca vocatur Cœlestis, & à Practicis, in omnibus ferè affectibus usurpatur.

Dosis à gr. ij ad gr. iij vel jv.

R ELECTUARIUM BACCARUM LAURI.

Baccarum Lauri,
Foliorum Rutæ ana 3 v.
Sagapeni,
Opoponacis ana 3 ij.
Seminis Amneos,
Cumini,
Nigelle,
Liguistici,
Dauci Cretici,
Origani,
Acori veri,
Amygdalarum amararum,
Piperis longi
nigri,
Castorei,
Menthastræ ana 3 j.
Omnia subtilissime, terantur, & cum
Mellis despumati 16 j.
Fiat ex Arte electuarium.

Ad colicam, & iliacam passionem, sicut, & intestinorum quaf-

quascumque torturas proficit, in stranguria, dysuria, ac insuper in foeminis, affectibus hystericis vexatis, confortat.

Dosis à 3 j ad 3 ij vel ad 3 ij: at frequentius ad clysteres prescribitur, ab 3 ℥ ad 3 j.

C A P U T III.

DE ELECTUARIIS, SEU CONFECTIIONIBUS purgantibus.

Electuarium purgans est Medicamentum ex simplicibus catharticis præparatis, & aliis concinnatum, in eundem finem conspirantibus, saccharo, sive melle confectum.

CONFECTIO, SEU ELECTUARIUM CATHOLICUM, vel Diacatholicum compositum.

R... Radicis Polypodii quercini

mundati, & contusi

3 vj.

Aquæ communis tepide

15 x.

Coquantur igne levi per sesquihoram, posteà decoctum coletur, colaturæ adde

Sacchari albi

15 jv.

Fiat syrups crassioris consistentie, S.A.

Removeatur ab igne, ac in vase idoneo positus, dissolvantur

Pulpe cassie fistule,

Tamarindorum ana 3 jv.

Deinde adjiciantur hæc simplicia in pulverem subtilem redacta, nempe

Rhabarbari optimi,

Florum Violarum,

Seminis Anisi mundati,

Polypo.

P A R S Q U A R T A.

249

Polypodii quercini ana $\frac{3}{2}$ ij.

Foliorum Sennæ mundatorum $\frac{3}{2}$ jv.

Misce optimè, & fiat electuarium ad usum servandum.

Alvum emollit, & suaviter expurgat humores; in acutis,
ac peracutis morbis confert, ad ventrem leniter subducen-
dum.

Dosis à 3 ij ad 3 ℥ usque ad 3 vj.

CONFECTIO, SIVE ELECTUARIUM CATHOLICUM

R... *commune pro Clysteribus.*

Polypodii quercini mundati, &

contusi $\frac{3}{2}$ vj.

Aque tepide $\frac{15}{2}$ x.

Bulliant igne lento per horam, poste à adde

Foliorum Malvarum,

Violarum ana m.j.

Coquantur per semihoram, dein decoctum coletur, in
colatura disslove

Mellis optimi $\frac{15}{2}$ ix.

Fiat syrups crassior, in quo diluantur

Pulpe Cassiae fistulae $\frac{3}{2}$ vj.

Prunorum $\frac{15}{2}$ ℥.

Postremo pulveres sequentes addantur,

Foliorum Sennæ $\frac{3}{2}$ viij.

Florum Violarum $\frac{3}{2}$ iv.

Seminis Anisi mundati $\frac{3}{2}$ ij.

Misce optimè ut fiat confectio S. A.

Ventrem expurgat, atque emollit, in clysteribus admista.

Dosis ab $\frac{3}{2}$ ℥ ad $\frac{3}{2}$ j.

CONFECTIO BENEDICTA LAXATIVA.

R... *Radicis Gialappæ,*

Scammonii,

Corticis Esula preparata,

Hermodactylorum,

Rosarum rubrarum ... ana 3 x.

Spiceæ nardi,

Zingiberis,
Croci,
Saxifragea,
Seminis Petroselini,
Cardamomi minoris,
Apii,
Carvi,
Fæniculi,
Asparagi,
Brusci,
Mili Solis,
Piperis longi,

Galangæ,
Macis,
Agarici,
Salis gemmei ana 3 ij.
Omnia subtiliter terantur, & cum
Mellis despumati 15 iiij & 3 ij.
Fiat ex Arte confectio.

Humores serofos, pituitososque expurgat; obstrunctiones
aperit; menstrua movet; lithonthryptica est, & flatus
dissipat.

Dosis à 3 iiij ad 3 vj vel 3 j.

In clysteribus communiter usurpatur.

ELECTUARIUM , SEU CONFECTIO HIERÆ

R... *Cinnamomi acuti,*
Colocynthidos,
Radicis Gialappæ pro Turpeto vero ana 3 ij.
Spice celtice,
Croci,
Schœnanthbi,
Asari,
Santali citrini,
Cubebarum,

Magnæ.

<i>Florum Violarum,</i>	
<i>Rosarum rubrarum,</i>	
<i>Absinthii,</i>	
<i>Epithymi,</i>	
<i>Agarici</i>	<i>ana 3 j.</i>
<i>Aloes hepatica</i>	<i>3 viij.</i>
<i>Fiat omnium pulvis subtilis, & cum</i>	
<i>Mellis despumati</i>	<i>lb. x.</i>
<i>Confice electuarium S. A.</i>	

Omnis evacuat humores ; & ad multos capit is , oculorumque morbos proficuum valde.

Dosis ab 3 β ad 3 j in clysteribus.

ELECTUARIUM , SEU CONFECTIO HIERÆ

Logadii.

R... *Colocynthidos,*

<i>Agarici,</i>	
<i>Gummi Ammoniaci,</i>	
<i>Thymi,</i>	
<i>Scammonii,</i>	
<i>Pulpe scillæ</i>	<i>ana 3 x.</i>
<i>Hellebori nigri,</i>	
<i>Hyperici</i>	<i>ana 3 v.</i>
<i>Epithymi,</i>	
<i>Bdellii,</i>	
<i>Polypodii,</i>	
<i>Aloes,</i>	
<i>Chamædryos;</i>	
<i>Marrubii</i>	<i>ana 3 β.</i>
<i>Cinnamomi acuti</i>	<i>3 vj.</i>
<i>Piperis nigri,</i>	
<i>Albi,</i>	
<i>Longi,</i>	
<i>Croci,</i>	
<i>Goponacis,</i>	
<i>Sagapeni,</i>	

Castorei,

Seminis Petroselini,

Radicis Aristolochiae longae ana 3 ij.

Omnia pulverabilia subtiliter terantur, & cum

Mellis despumati lib jv & 3 viij.

Fiat electuarium S.A.

In lethargicis, epilepticis, vertiginosis, & convulsis confert.

Dosis ab 3 ℥ ad 3 vj. in clysteribus.

ELECTUARIUM HAMECH MAJUS.

Myrobalanorum citrinorum 3 viij.

Chebulorum,

Indorum,

Rhabarbari,

Agarici,

Colocynthidos,

Polypodii ana 3 jv.

Absinthii,

Tbymi,

Sennæ,

Florum violarum,

Epithymi,

Anisi,

Fœniculi,

Rosarum rubrarum ana 3 j. ℥.

Prunorum siccorum enucleatorum, &

Passularum mundatarum ... ana 15 j.

Omnia incisa, & contusa ponantur in vase circulatorio cum

Seri laetis Caprini ferventis

15 viij.

Succi fumariae

15 ij.

Et per dies quinque in infusione permaneant, postea leviter ebulliant, colentur, & exprimantur: in colatura dissolve.

Sacchari albi

15 iiij.

Manue electæ

3 jv.

Co-

P A R S Q U A R T A.

253

Coquantur in Syrupum crassum S. A. & in eo ab igne se-
moto diluantur.

Pulpæ Cassiæ fistuleæ

3 viij.

Tamarindorum

3 x.

Postremò addantur sequentia in pulverem subtilem redac-
ta, videlicet

Myrobalanorum citrinarum,

Chebularum,

Indarum . . . ana 3 j.

Bellericarum,

Emblicarum,

Rhabarbari,

Seminis fumariae . . . ana 3 vj.

Scammonii 3 iiij.

Seminis Anisi,

Spicae nardi . . . ana 3 B.

Misceantur optimè, ut fiat electuarium S. A.

Humores validè expurgat, maximè ferosos, lentes, &
crassos, sicut in affectibus venereis, scorbuticis, ac similibus.

Dosis à 3 ij ad 3 B vel 3 vj.

Hoc præscriptum electuarium sine scammonio, & colo-
cynthide *Hamech simplex* in officinis vocatur.

ELECTUARIUM DIAPHOENICUM.

R... Pulpæ Dactylorum

15 B.

Pulveris subtilis radicis Gialappa 3 ij.

Zingiberis,

Santali citrini,

Piperis albi,

Macis,

Galangæ,

Cinnamomi,

Foliorum Rutæ,

Seminis fœniculi,

Anisi,

Dauci cretici . . . ana 3 vj.

<i>Diacrydii</i>	3 vj.
<i>Mellis despumati</i>	15 j. S.
<i>Fiat electuarium S. A.</i>	

Humores pituitosos expurgat, & biliosos; in stomachi dolore, à copia humorum excitato convenit; hydropicorum aquas educit, & menstrua movet.

Dosis à 3 ij ad 3 vj.

C A P U T IV.

DE ELECTUARIIS SOLIDIS, SEU TABELLIS.

Electuarium solidum, seu Tabellæ duobus in officinis præparantur modis, videlicet, cum igne, & sine igne: cum igne saccharum decoquitur ad solidam consistentiam, tunc extra ignem pulveres miscentur, & in tabulam marmoream, oleo Amygdalarum inunctam effunditur, & fiant tabellæ diversæ magnitudinis, & figuræ.

Sine igne cum saccharo albissimo subtiliter pulverato, & aliis simplicibus idoneis in pulverem redactis, beneque permistis, cum glutine tragacanthi fit massa, ex qua Pastillæ, siue Rotulæ parantur, & in umbra siccantur.

TABELLÆ DE ALTHÆA.

<i>Pulpæ radicum Althææ</i>	15 j.
<i>Sacchari albi</i>	15 ij.
<i>Aqua simplicis</i>	3 vj.

Clarifica, & coque, ad electuarii solidi consistentiam, misceatur pulpa, & fiant tabellæ S. A.

Ad demulcendum in catarrhibus tenuibus, & acribus proficiunt.

Dosis ab 3 b. ad 3 j.

R... TABELLÆ FLORUM VIOLARUM EX SUCCO.

<i>Succi florum violarum</i>	3 vj.
<i>Sacchari albissimi pulverati</i>	15 ij. b.

Coquantur igne lento ad electuarii solidi consistentiam, & fiant tabellæ S. A.

Fauces, & pectus leniunt; gutturis asperitati medentur.

Dosis ab $\frac{3}{3}$ ℥ ad $\frac{3}{3}$ j.

TABELLÆ ROSARUM, SEU SACCHARUM ROSATUM

R... Rosarum rubrarum demptis unguibus tabulatum.

Rosarum rubrarum demptis unguibus $\frac{3}{3}$ vj.

Aqua Rosarum odoratissime $\frac{3}{3}$ vj.

Fiat infusio, & levis ebullitio S. A. postea coletur, atque exprimatur colaturæ adde

Succi Rosarum rubrarum $\frac{3}{3}$ iiij.

Sacchari albi pulverisati $\frac{15}{15}$ j ℥.

Concinnentur tabellæ lege artis, addendo extra ignem Coccinelæ pulvratæ semidrachmam.

Nota: Coccinelam addimus non tantum ratione virtutis, quamvis ratione decoris.

* Pectorales sunt, in tussi, & thoracis affectibus profundunt.

R... TABELLÆ MANNÆ, SEU MANNA TABULATA.

Mannæ eleæ $\frac{3}{3}$ iiij.

Aqua Tussilaginis $\frac{3}{3}$ vj.

Diffolvatur Manna, coletur, & cum

Sacchari albissimi in pulverem $\frac{15}{15}$ j ℥.

Fiant tabellæ S. A. ad usum servandæ,

Ad idem valent, & phlegma crassum, viscidumque per anacatharsim movent.

Dosis tabellarum pectoralium $\frac{3}{3}$ j, que ore excepta, sali vase soluta in pectus sensim delabitur.

R... TABELLÆ MANUS CHRISTI, SEU PERLATÆ.

Sacchari albissimi pulverati $\frac{15}{15}$ j.

Margaritarum orientalium preparatarum $\frac{3}{3}$ ℥.

Misce, & cum sufficienti quantitate mucaginis Gummi Tragacanthi aqua rosarum extractæ fiat mastæ, ex qua fermentur tabellæ S. A.

Absorbentes, & fortificantes sunt.

Dosis à $\frac{3}{3}$ j. ad $\frac{3}{3}$ ℥.

TA-

R... TABELLÆ MECHOACANNÆ.

<i>Pulveris Mechoacanne</i>	$\frac{3}{3}$ ij.
<i>Gialappa</i>	$\frac{3}{3}$ j.
<i>Sacchari albi in pulverem</i>	
<i>subtilem redacti</i>	$\frac{1}{15}$ ij.
Misceantur exactè, & cum glutine tragacanthi fiat massa, de qua formentur tabellæ S. A.	
Ad humores biliosos, & serosos expur gandos usurpantur.	
<i>Dosis ab $\frac{3}{3}$ B ad $\frac{3}{3}$ j.</i>	

C A P U T V.

DE PILULIS.

Pillula, idest, quasi parva pila, est Medicamentum forma solidum, compositum ex variis pulveribus, & aliis ingredientibus, quod excipitur liquore aliquo glutinoso, ut syrupo, melle, &c. ut in massam aptius cohærent.

PILULÆ PURGANTES.

R... PILULÆ COCHIÆ.

<i>Aloes succotrinae, seu hepatica</i>	$\frac{3}{3}$ ij.
<i>Trochisorum Albandal</i>	$\frac{3}{3}$ vj B.
<i>Scammonii Alepensis</i>	$\frac{3}{3}$ B.
<i>Radicis Gialappa,</i>	
<i>Salis Cathartici nostri. ana</i>	$\frac{3}{3}$ x.

Subtilissimè pulverentur, & cum syrupo Stœchados fiat massa, de qua formentur rotulæ, quæ in umbra siccentur, & ad usum reponantur.

Ad pituitam evacuandam commendantur, præsertim in capitis affectibus, & nervorum.

Dosis à $\frac{3}{3}$ B ad $\frac{3}{3}$ ij.

R... PILULÆ TARTAREÆ BONTII.

<i>Aloes succotrinae</i>	$\frac{3}{3}$ vj.
--------------------------	-------------------

Gummi

Gummi Ammoniaci 3 iij.

Tartari vitriolati 3 j.

Misceantur, & cum melle colato fiat massa S. A. ut suprà.
Saburram tartaream educere, ac liensem, & uterum ab
obstructionibus liberare prædicantur.

Dosis à 3 j ad 3 j.

PILULÆ DE SUCCINO CRATONIS.

R... *Succini preparati,*

Mystiches ana 3 ij.

Aloes succotrinae 3 v.

Agarici 3 j B.

Aristolochiae 3 B.

Pulverisentur subtiliter, & cum syrupo betonicæ fiat mas-
sa S. A.

In morbis capitum, & affectibus catarrhalibus commendan-
tur.

Dosis à 3 j ad 3 j.

PILULÆ DE AMMONIACO.

R... *Aloes Rosatae, seu Violatæ* 3 jv.

Gummi Ammoniaci puri 3 vj.

Myrrha eleætae 3 B.

Mystiches,

Pulveris trium Santalorum ana 3 ij.

Croci 3 iij.

Tartari solubilis,

Salis Absinthij ana 3 j.

Terantur subtiliter, & cum syrupo Stoechados fiat mas-
sa S. A.

In affectibus hypochondriacis, uteri obstructionibus,
asthmate, atque tussi, cachexia, febribus inveteratis con-
veniunt.

Dosis à 3 j ad 3 j.

PILULÆ POLYCHRESTÆ.

R... *Extracti, seu Aloes rosatae, vel Violatæ* 3 vj.

Hellebori nigri,

PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

<i>Absinthii,</i>	
<i>Cardui benedicti,</i>	
<i>Fumariae,</i>	
<i>Cochlearie ... ana 3 ij.</i>	
<i>Myrrha electa</i>	<i>3 ℥.</i>
<i>Gummi Hederæ,</i>	
<i>Juniperi,</i>	
<i>Benzoes</i>	<i>ana 3 ij.</i>
<i>Florum Sulphuris</i>	<i>3 j. ℥.</i>
<i>Tartari solubilis (vulgo) de seignete</i>	<i>3 ij.</i>
<i>Terebinthine optimæ</i>	<i>q.s.</i>
<i>Ad massam pro formandis pilulis idoneam.</i>	

In omnibus obstructionibus hepatis, lienis, renum reseptis, inserviunt, & in affectibus uterinis, hypochondriacis, ac similibus mirificè prosunt.

Dosis à 3 j ad 3 j.

R... PILULÆ FOETIDÆ.

<i>Gummi sagapeni,</i>	
<i>Aſſæ fætidæ,</i>	
<i>Ammoniaci,</i>	
<i>Opoponacis,</i>	
<i>Bdellii,</i>	
<i>Trochiscorum Albandal,</i>	
<i>Seminis Rute,</i>	
<i>Aloes Succotrinae ana 3 ij ℥.</i>	
<i>Radicis Gialappæ</i>	<i>3 ij.</i>
<i>Scammoniæ Alepenſis</i>	<i>3 j. ℥.</i>
<i>Radicis Esulae minoris,</i>	
<i>Hermodaetylorum</i>	<i>ana 3 j.</i>
<i>Castorei,</i>	
<i>Myrrha,</i>	
<i>Croci ana 3 ℥.</i>	
<i>Salis Cathartici nostri</i>	<i>3 ℥.</i>

Fiat omnium pulvis subtilis, & cum sufficienti quantitate syrapi Arthemisia fiat massa S. A.

Ad

Ad dissolvendam , & evacuandam pituitam crassam commendantur , obstrunctiones tollunt , menses movent , & in podagra , hydrope , affectibus rheumaticis , ac uterinis valde proficuæ.

Dosis à 3 B ad 3 j.

R... PILULÆ AGREGATIVÆ, SEU CATHOLICÆ.

<i>Myrobalanorum citrinorum</i>	<i>3j.</i>
<i>Aloes Succotrine,</i>	
<i>Radicis Gialappæ,</i>	
<i>Scammonii optimi,</i>	
<i>Rhabarbari</i>	<i>ana 3 vj.</i>
<i>Agarici,</i>	
<i>Trochiscorum Albandal</i>	<i>ana 3 ij.</i>
<i>Salis Cathartici</i>	<i>3 vj.</i>

Subtiliter pulverisentur , & cum syrupo rosarum Alexandrinarum fiat massa Pilularum S. A.

Omnes humores expurgant , & in capitis affectibus praefribuntur.

Dosis à 3 j ad 3 ij vel 3 j.

R... PILULÆ DE TRIBUS CUM RHABARBARO.

<i>Rhabarbari electi,</i>	
<i>Agarici trochiscati,</i>	
<i>Aloes succotrine</i>	<i>ana 3 j.</i>
<i>Salis Cathartici</i>	<i>3 iij.</i>

Triturentur subtiliter , & cum syrupo rosato solutivo fiat massa pilularum S. A.

Humores pituitosos , lertos , & crassos purgant ; stomachum roborant , appetitum excitant , & menstrua movent.

Dosis à 3 j ad 3 j.

R... PILULÆ DE RHABARBARO.

<i>Rhabarbari</i>	<i>3 iij.</i>
<i>Aloes succotrine</i>	<i>3 j & 3 ij.</i>
<i>Myrobalanorum citrinorum,</i>	
<i>Pulveris Diarrhodonis ana 3 iij B.</i>	

Succi liquiritie,

Kk 2

Abfin.

Absinthii ana 3 j.

Salis Cathartici 3 ij.

Triturentur subtiliter, & cum syrupo de cichorio cum Rhabarbaro fiant S. A.

Humores crassos, & viscidos expurgant; & in tertiana, & quartana utuntur.

Dosis à 3 j ad 3 j.

PILULÆ DE Creta.

R... Aloes electæ 3 j.

Mercurii dulcis septies sublimati 3 ℥.

Crete albissimæ præparatæ,

Succini albi præparati,

Gentianæ,

Myrrhe,

Radicis fraxinellæ ana 3 j.

Theriacæ magnæ 3 jv.

Terebinthinae electæ 3 ij.

Quæ terenda subtiliter terantur, & cum syrupo Althææ fiat massa pilularum S. A.

In omnibus affectibus venereis, gonorrhœa, profluvijs albo, & nephritide commandantur.

Dosis à 3 B ad 3 j.

PILULÆ MERCURIALES.

R... Rhabarbari electi,

Trochis corum Albandal,

Scammonii Alepenſis ana 3 j.

Mercurii crudi ex cinnabare redivivi 3 ij.

Terebinthinae claræ q.s.

Ut fiat massa S. A.

In omnibus affectibus venereis utuntur.

Dosis à 3 B ad 3 ij.

DE PILULIS ALTERANTIBUS.

PILULÆ PRO TUSSI.

R... Succi Glycyrrhise,

Thuris. ana 3 ℥.

Myrrhae

*Myrrhe,**Croci,**Opii ana 3 jv.*

Cum syrupo papaveris rhoeados fiat massa pilularum S.A.
 Catarrhos subtile, & falsos, à capite ad pectus delabentes incrassant; ebullitiones humorum fistunt; tussim sedant;
 Sputum, somnumque excitant; & pro pilulis de Cynogloso, uti possunt.

*Dosis à gr.vj ad 3 B.***R... PILULÆ DE TEREBINTHINA,***Terebinthina clarae in aqua**Raphani, aut parietarie.**Coccæ 3 jv.**Liquiritiae tenuissimè pulveratæ 3 j.**Misce, & fiant pilulæ S. A.*

Urinam cident; meatus urinarios in gonorrhœa abstergent;
 & in ulceribus renum, & vesicæ profundunt, arenulasque impellunt.

*Dosis à 3 j ad 3 j.***R... PILULÆ MARTIALES.***Limature chalybis 3 ij.**Extracti Absinthii q.s.**Ut fiat massa pilularum S. A.*

In affectibus hysterici, hypochondriacis, commendantur; &
 in obstruktionibus, mensiumque suppressione cum fructu
 propinuantur.

*Dosis à 3 B ad 3 j & ultra: mane, & vespere superbibenda
 seri laetis 3 jv. ut facilius dissolvantur.*

R... PILULÆ HYSTERICÆ.*Gummi opononatis 3 j.**Ammoniaci,**Galbani,**Sagapeni ana 3 B.**Myrrhe 3 ij.**Affæ factide.*

<i>Castorei</i>	ana 3 ij.
<i>Olei succini</i>	3 j.
<i>Theriacæ magnæ</i>	q.s.
<i>Ad conficiendam massam S.A.</i>	

In affectibus hystericis cum fructu exhibentur; in impuritatibus uteri, & mensium obstructione, à crassis, & pituitosis humoribus proveniente, inserviunt.

Dosis à 3 B ad 3 ij.

PILULÆ BALSAMICÆ.

R... *Pulveris Millepedum preparatorum* 3 vj.

<i>Gummi Ammoniaci albi</i>	3 ij.
<i>Florum Benzoini</i>	3 jv.
<i>Croci,</i>	
<i>Balsami Peruviani</i>	ana 3 j.

Cum sufficienti quantitate balsami sulphuris terebinthinafiat massa Pilularum S. A.

Pituitam viscidam, & crassam in pulmonibus contentam incidentur, ac fluxilem reddunt, & per sputum, & urinam evacuant: ideo in affectibus asthmaticis, & catarrhalibus præcubuntur.

Dosis à 3 B ad 3 B.

PILULÆ ÆTHIOPICÆ.

R... *Æthiopis mineralis sine igne facti* 3 ij.

<i>Antimonii diaphoretici</i>	3 j.
<i>Gummi Guajaci</i>	3 B.

Cum extracto Sarsaparillæ fiat massa S. A.

In affectibus à lue venerea productis commendantur, & in hydrope, scorbuto, ac similibus infirmitatibus utuntur.

Dosis à 3 j ad 3 ij.

PILULÆ ADSTRINGENTES, SEU CONTRA FLUXUM ventris.

R... *Boli armene orientalis* 3 B.

<i>Corallii rubri præparati,</i>	
<i>Terræ Japonice</i>	ana 3 ij.
<i>Lapidis hematitis præparati,</i>	

Sana-

PARS QUARTA:

263

*Sanguinis Draconis optimi ana 3 j.**Radicis Sympyti,**Tomentille,**Biflortæ ana 3 ℥.**Masticæ ℥ ij.**Laudani liquidi 3 ℥.**Cum syrupo myrtino fiat massa S. A.**Ad hæmorrhagias, & fluxus ventris inserviunt.**Dosis à ℥ j ad 3 j.*

PILULÆ CYNOGLOSSI.

*Radicis Cynoglossi siccæ**Seminis hyoscyami albi**Extracti opii ana 3 ℥.**Myrræ optime 3 vj.**Thuris masculi 3 v.**Croci,**Castorei ana 3 j ℥.**Cum syrupo violato fiat massa S. A.**Vim habent anodinam, dolores mitigant; catarrhales de fluxiones in thoracem, quæ pectus gravant, fistunt, in tussi atque phthisi, & in diarrhoea, dysenteriaque præscribuntur.**Dosis à gr. jw ad 3 ℥.*

CAPUT VI.

DE TROCHISCISS.

Trochiscus nihil aliud est, quam medicamentum sic-
cum compositum ex variis simplicibus mistis, & cum
aliquo succo, seu liquore in consistentiam solidam
conflatum.

TROCHISCI DE AGARICO.

*Agarici albissimi, & levissimi per-**Setaceum trajecti 3 ij.**Aque*

*Aqua Cinnamomi, in qua sit infusa semidracma
Zinziberis,* q.s.

Fiat massa, ex qua formentur Trochisci, siccentur, deinde pulverisentur, & cum praedicto liquore, denuò formentur Trochisci S. A. usui servandi.

Ad serum, & pituitam educendam inserviunt.

Dosis à 3 j ad 3 j.

TROCHISCI ALHANDAL.

R... Pulpē Colocynthidis albē, & levīs

à semenibus repurgatē 3 jv.

Incidantur minutim, & cum mucilaginis gummi tragacanthi (aqua rosarum extractæ) sufficienti quantitate fiat massa in pastillos dividenda, & exiccanda; probè exiccata in pulverem tenuissimum redige, & per setaceum trajice; huic pulveri denuò adde novam mucilaginem gummi tragacanthi: fiat massa in pastillos redigenda, & exiccanda, iterum subtilissimè pulverisa, & cum eadem mucilagine in massam redige, de qua formentur trochisci, qui siccentur, & reponantur.

Violenter purgant, pro quo in affectibus contumacioribus, ut in apoplexia, mania, melancholia, &c. usurpantur.

Dosis à gr. jv ad 3 B.

Præstant tamen loco stimuli in aliis purgantibus à gr. j ad gr. jv.

TROCHISCI SCILLITICI.

R... Medullę Scille cōtione preparata 15 j.

Pulveris subtilissimi radicis fraxinellę q.s.

Ad massam conficiendam, ex qua fiant pastilli, seu trochisci, siccentur, & reponantur.

Vi incidenti prædicti sunt, & in theriacam ingrediuntur.

TROCHISCI DE KARABE.

R... Succini citrini preparati 3 j.

C. C. usti, & preparati,

Gummi Arabici,

Tragacanthi,

Laccę granosę

Acas

Acacia veræ,
Hypocistidos,
Balaustiarum,
Masticæ,
Corallii rubri præparati,
Seminis Papaveris albæ ana 3 ij & 3 ij.
Thuris,
Croci,
Opii selecti. ana 3 ij.

Cum mucilagine semenis Psyllii aqua plantaginis extracta
fiant Trochisci in umbra siccandi.

Adstringentes sunt, &c in omnibus hæmorrhagiis fistendis
inserviunt, ut in sputo sanguinis, dysenteria, fluxibus uteri,
& hæmorrhoidum.

Dosis à 3 B ad 3 ij.

TROCHISCI DE TERRA SIGILLATA.

Terre sigillata 3 ij.
Lapidis hematitidis,
Succini,
Corallii rubri præparatorum,
Spodiis,
Amyli,
Nucum Cupressi,
Acacie,
Hypocistidos,
Gummi Arabici,
Balaustiarum,
Rosarum rubrarum,
Seminis Papaveris,
Croci Martis adstringentis ana 3 B.
Salis Saturni. 3 ij.

Cum mucilagine Gummi tragacanthi fiant trochisci S.A.
ad usum.

Sanguinem undecumque manantem, & sputa cruenta co-
hibent, dysenterias, diarrhoeas, & alvi profluvia compescunt.

Dosis à 3 j ad 3 j.

TROCHISCI DE MYRRHA.

R... *Mirrbe optimæ* $\frac{3}{3}$ B.
Foliorum Rute,

*Menthæ stri,**Pulegii,**Radicis rubiæ tintororum,**Seminis Petroselini,**Affæ fætidæ,**Sagapeni,**Opoponacis . . . ana 3 ij.*

Cum decocto arthemisiæ fingantur trochisci S.A.

Vi anti-hysterica pollent; menses provocant; partum facilitant, & secundinas pellunt.

Dosis à 3 B ad 3 j.

TROCHISCI ALBI RHASIS.

R... *Ceruffæ albissimæ* $\frac{3}{3}$ $j. \text{B.}$

Sarcocollæ crassioris $\frac{3}{3}$ $iij.$

Amyli $\frac{3}{3}$ $ij.$

Gummi Arabici,

Tragacanthi ana 3 j.

Caphure $\frac{3}{3}$ B.

Seorsim trita, lacte caprino excipiantur omnia, & formentur trochisci. Si addantur tria opii grana in drachma una supradictorum trochiscorum, tunc trochisci albi cum opio vocantur.

Externe in affectibus oculorum inserviunt, inflammationem temperant, fluxiones compescunt.

TROCHISCI ALKEKENGI.

R... *Pulpæ inspissatæ Halicæabæ cum seminibus* $\frac{3}{3}$ $ij.$

Gummi Arabici,

Tragacanthi,

Succi Glycyrrhisa,

Amygdalarum amararum,

Semi-

Seminis Papaveris albi ana $\frac{3}{2}$ s.

Quatuor frigidorum majorum,
Apii,

Succini citrini præparati ana $\frac{3}{2}$ ij.

Opii thebaici 3 j.

Cum decocti Halicacabi q. s. fiant trochisci S. A.

Ad urinæ ardorem, fistulam urinariam, vesicam, renes, & ureteres exulceratos fœliciter exhibentur: ulcera detergent, glutinant, & cicatrices tegunt; lotii acrimoniam mitigant, ejusque strigmenta mucosa complanant, & leniunt; indeque urinæ tarditatem, & dysuriam natam tollunt, somnumque excitant.

Dosis à 3 B ad 3 fl.

TROCHISCI VIPERINI.

R... *Truncorum, hepatum, & cordium*

Viperarum siccaram q. v.

Pulverentur tenuissimè, & cum sufficienti quantitate mucilaginis Gummi tragacanthi in vino albo paratæ fiant trochisci S. A. in umbra siccandi, & balsamo peruviano inungendi, usuique servandi.

Cutaneis morbis, Viperarum, & aliorum animalium venenatorum morsibus, morbis contagiosis, pestilentialibus, malignis, variolis, morbillis convenient: Elephantiacos juvant; & in Theriaca ingrediuntur.

Dosis à 3 B ad 3 j.

TROCHISCI CYPHEOS.

R... *Pulpe uvularum albarum passarum,*

Terebinthinæ Chiq pure ana $\frac{3}{2}$ j.

Myrrha,

Schænanthi ana 3 jv.

Calami aromatici 3 iij.

Cinnamomi 3 jv.

Bdellii lachrymæ,

Spicae Nardi,

Casta lignæ,

Radici Cyperi rotundi ana 3 j.

Ligni Aloes 3 ij. fl.

Croci 3 j.

Cum pulpæ uvarum passarum, & mellis sufficienti quantitate Trochisci formentur.

In compositione Mithridatii ingrediuntur.

R... Mari, TROCHISCI HEDYCHROI,

Amaraci,

Afari,

Aspalathi in ejus defectu Ligni Aloes ana 3 xj.

Calami aromatici officinarum,

Schœnanthi,

Cofeti,

Phu Pontici,

Cinnamomi,

Opopobalsami,

Xylobalsami. ana 3 xvij.

Malabathri,

Nardi Indicæ,

Cassiæ lignæ,

Myrræ,

Croci ana 3 xxxij.

Amomi 3 lxij.

Masticæ 3 v & 3 ij.

Ex his omnibus tritis, & cum vino Hispanico subactis fingantur Trochisci S. A. & serva pro Theriaca paranda.

Quod ut fiat utilius, & commodius, hi trochisci dispensentur, quando conficitur Theriaca: quo tempore species enumeratae cum ingredientibus Theriacæ miscendæ, & conterendæ sunt absque trochiscatione. Observandum hoc etiam erit de trochiscis Cypheos in compositione Mithridatii, quia inutilis est trichiscatio, & isti nullis aliis usibus inserviunt.

TRO-

R... TROCHISCI ESCHAROTICI.

Sublimati Corrofibi $\frac{3}{4}$ j.*Amyli* $\frac{3}{4}$ j.

Subtiliter pulverifentur in mortario marmoreo, & cum f. q.:
 Gummi tragacanthi fiant ex arte trochisci oblongi , quibus
 addi potest extracti opii quo libuerit.

Escharotici sunt ; carnes supercrescentes , & callosas
 in fistulis , ac ulceribus absunt , fungosque extirpant ; &
 aperiendis apostematibus inserviunt.



PARS

P A R S Q U I N T A.

C A P U T I.

D E O L E I S.

- O**lea sunt liquores unctuosi inflamabiles, & leves.
 Olea in Pharmacopoliis servanda, sunt:
 Vel sponte producta, vel per expressionem elicita,
 infusione, coctione medicata, seu distillatione extracta.
 Sponte producta, ut Petroleum, sive oleum Terræ, &c.
 Balsamum de Tolu, Mariæ, album Peruvianum, &c.
 Per expressionem, ut oleum Vitellorum ovorum, Amygdalarum dulcium, &c.
 Per infusionem, & coctionem, ut oleum Catellorum, Rosarum, &c.
 Per distillationem, ut oleum Cinnamoni, Caryophyllo-
 rum, &c.

D E O L E I S P E R E X P R E S S I O N E M E L I C I T I S.

Oleum, simpliciter dictum, est oleum olivarum, & in
 quatuor species dividitur, videlicet;
 Omphacinum ex Olivis nondum perfectè maturis expressum.
 Virginum, ex Olivis maturis spontaneo defluit.
 Completum, ex dictis Olivis maturis expressum.
 Amurca est tex olei, in doliolis inventa.

- R**... OLEUM AMYGDALARUM DULCIUM.
Amygdalarum dulcium siccaram integrarum,
non rancidarum 15 vj.
 Terantur in mortario lapideo, cum pistillo ligneo minu-
 tissi-

tissimè , & diutissimè , dein faccio cannabino immittantur , ac torculari , lentè primum , & leniter , tum fortiter exprimatur oleum , usui asservandum.

Internè , recens , & sine igne (ut dictum est) expressum , & non rancidum adhibendum.

Ad dolores pleuriticos , nephriticos , colicosque mitigandos ; ad alvum laxandam , leniendam acrimoniam feri urinarii , urinamque pellendam commendatur ; prodest etiam in raudine , tussi , aliisque pectoris affectionibus ; partum facilitat , & ad dolores post partum inservit ; infantibus quoque recens natis propinatur .

Dosis ab 3 b ad 3 ij , vel 3 iij &c.

Clysteribus , etiam admiscetur , ad colicam , & fæces induras , ac similes affectiones ; in uncturis in dolore nephritico , similibusque infirmitatibus , in quibus mitigare dolores , emollire , & laxare desideratur .

Si vis cum igne confidere oleum , sequenti parabis modo .

Massam remanentem ex oleo Amygdalarum dulcium , suprà descripto , minutissimè tere , ac per cribrum trajice ; dein in fartagine , vel in alio vase idoneo , igne lento calefac , assidue cum spathula lignea , huc , & illuc movendo , tantillo aquæ tepidæ sensim aspergendo , donec massa optime rubescat , ac inter digitos compressa , aliquid olei exudet , tunc (ut dictum est) exprimatur oleum , quod defœcatum reconde ad usum .

Pari modo fiunt Olea

*Amygdalarum amararum ,
Nucum Juglandium ,
Avellanarum ,
Quatuor seminum frigidorum majorum ,
Seminis Lini ,
Sesaminis , & similium .*

OLEUM DE VITELLIS OVORUM.

R... Ova elixatione indurata

q. v.

Ex his vitellos duros exime , & comminutos , in fartagine igne mo-

moderato assa, spathula assiduè movendo, donec ex flavo rubescant, & pinguedinem quamdam emittant, ac exudent, tunc ferventes in facculo pillis contexto excipe, præloque calido, festinanter exprime, ut oleum effluat, usui reponendum.

Cutis foeditatem, ex ambustione, & variolis aufert; aurium, dentium, sedandisque doloribus convenit: rhagadibus utile, manuum, pedum anique fissuras sanat; ulcerum, & vulnerum, cum terebinthina mistum (digestivi nomine) suppurationem, & curationem promovet.

OLEUM EX BACCIS LAURI.

R... *Baccarum Lauri maturarum* q. v.

Tritæ, aqua communi coquantur, fortiter exprimantur, in vase subiecto refrigeratum oleum, pinguedinis instar, aquæ supernatans, colligatur, & servetur.

Carminativa virtute, anodinaque pollet, & ideo in doloribus colicis, & aliis perutile habetur, ac nervorum vitiis, cutaneisque valde proficuum.

OLEUM NUCIS MOSCHATÆ.

R... *Nucis Moschatæ mediocriter pulveratae* 15 j.

Supra cribrum inversum, & coopertum, vapore aquæ ferventis per horæ semiquadrantem expone, ut penitus humescat, & calescat; tunc facculo denso inclusa prælo calido promptè exprimatur, & stillabit oleum crassum, usui servandum.

Hoc oleum internè, & externè adhibetur; internè pro alvi fluxu compescendo: in infantibus cum pulte utitur; externè intestinis roborandis, & ventriculo prodeit.

Simili modo parantur Olea

Nucleorum Cacao,

Seminis Anisi,

Fæniculi,

Carvi,

Anethi,

Hyosciami;

Papa-

Papaveris albi,
Cannabis,
& similius.

CAPUT II.

DE OLEIS, PER INFUSIONEM, ET DECOCTIONEM paratis.

OLEUM ROSATUM.

R.. Olei olivarum 15 viij.
Rosarum rubrarum, & pallidarum recentium;
apertarum, & contusarum. ana 15 ij.

Excipientur vase idoneo, & macerentur in Sole, aut casido loco per triduum, aut quatriduum, deinde leniter coquuntur ad humidi aquosi consumptionem: tunc cola, & fortiter expime; denuò maceratio, & decoctio cum eadem rosarum quantitate, ut supra, reiteretur, coletur, usuique servetur.

Inflammationes sedat, cerebri doloribus, ac vulneribus prodest.

Eodem modo parantur olea,
Roris marint ex summatibus floridis;
Anethi ex summatibus,
Absinthii ex foliis, & summatibus;
Chamomeli ex floribus,
Cheyri, seu Keyri ex floribus,
Liliorum alborum ex floribus abjecto luteo;
Menthae ex foliis,
Myrtini ex foliis, & baccis,
Nymphaeæ ex floribus albis abjecto luteo;
Rute ex foliis,
Sambuci ex floribus,
Solani ex foliis, & baccis cum oleo rosato;

Mm

Cicu

Cicutæ ex foliis,
Hyoscyami ex foliis,
Nicotianæ ex foliis,
Majorana ex summitatibus;
Verbasci ex floribus.

R... OLEUM HYPERICI.

Summitatum Hyperici cum floribus,

leviter contusarum

lb j 3.

Olei olivarum

lb vj.

Macera in loco calido, per dies septem, & leviter coque; *cola*, ac in expresso adde eandem quantitatem Hyperici, & re-pete macerationem, & coctionem; tertia vice summitates alias, pari quantitate, & paululum siccatas, in eodem oleo adjice, ac relinque per quatuor dies: *cola*, & usui serva.

Calefacit, & siccatur, unde omnibus doloribus, à frigore contractis, ischiadicis præterea, & varicibus utiliter adhibetur; nervorum puncturis, ac vulneribus efficax est.

R... OLEUM DE MUCILAGINIBUS.

Radicum Althææ recentium, & in taleolas

Seccarum

lb ij.

Seminis fænugrati,

Lini.....

ana lb j.

Aqua calefactæ

lb xx.

Macerentur supra cineres calidos per horas viginti qua-tuor, identidem agitando, deinde liquor mucilaginosus cole-tur, & fortiter exprimatur, expresso adde

Olei olivarum

lb viij.

Coquantur igne lento ad humiditatis ferè consumptio-nem, cavendo, ne aduratur mucilago, tunc fiat colatura fine expressione, & Oleum colatum servetur ad usum.

Emollit, calefacit, & humectat, pectoris dolorem à causa frigida contractum lenit, laterumque doloribus, felicissime applicatur; viscerum, & nervorum duritiem laxat.

R... OLEUM CYDONIORUM, SEU MELINUM.

Cydoniorum immaturorum, rejectis

Seminibus, scobina deraforum,

Succi

Succi aliorum Cydoniorum. ana $\frac{3}{4}$ *viii.*

Olei

$\frac{15}{4}$ *vj.*

Misce in vase vitreato, supra cineres calidos infunde per triduum, dein lento calore coque ad succi consumptionem. Expressis Cydoneis, æqualis Cydoniorum, & succi quantitas infundatur, denuò coquatur, & exprimatur, oleumque colatum, & defœcatum reconde ad usum.

Adstringit, & refrigerat, ad ventriculi, & jecoris imbecillitatem utile; ventrem totum inferiorem, ac nervos laxos, & stomachum roborat; vomitum fistit; lienteria, & diarrhoeæ inservit.

OLEUM MASTICINUM.

R... *Masticæ electæ* $\frac{3}{4}$ *vj.*

Olei rosati $\frac{15}{4}$ *ij.*

Simul vase fistili vitreato angusti oriſitii excepta, leni calore ad integrum Mastiches in Oleum dissolutionem detineantur: dein cola, & usui serva.

In affectibus ventriculi, & intestinorum prodefit, calefacit, concoctionem alimentorum adjuvat, in lienteria, & diarrhoea, aliisque fluxibus ventris, externè inunctum, & in clysteribus admistum, convenit.

OLEUM EUPHORBII.

R... *Euphorbii pulverati* $\frac{3}{4}$ *iiii.*

Olei communis $\frac{15}{4}$ *iiii.*

Misce in vase fistili vitreato, ac lento igne euphorbium probè dissolvatur, cola, & usui serva.

Resolutivum est, ad ægritudines nervorum, ex frigore, & eorum dolores, juncturarunaque, hepatis, & splenis valet.

OLEUM LUMBRICORUM.

R... *Lumbricorum terrestrium, ter-*

aqua tepida lotorum $\frac{15}{4}$ *ij.*

Vini rubri $\frac{3}{4}$ *vj.*

Olei olivarum $\frac{15}{4}$ *iiij.*

Coquantur simul in vase idoneo, usquedum vinum con-
Mm 2 sump-

sumptum fuerit, & lumbrici contabuerint; expressum oleum colatum, ac defoecatum serva.

Nervos roborat; juncturarum doloribus, spasmis, & contracturis convenit, in nervorum vulneribus, ac puncturis laudatur.

OLEUM NARDINUM SIMPLEX.

R... Spicæ Nardi 3 iiij.

Olei communis 15 j. b.

Vini generosi 3 jv.

Simul per octiduum in vase fictili vitreato macerentur in loco calido, cooperto vase: dein igne lento, ad fere vini consumptionem decoquantur. Cola, & exprime, oleumque defoecatum ad usum serva.

Si Compositum desideras adde

Majoranae,

Radicis Enulæ,

Calami aromatici, vel Acori veri;

Cyperi rotundi,

Schœnanthi,

Foliorum Lauri,

Cardamomi ana 3 G.

Contundantur omnia, & per triduum macerentur, in

Vini albi optimi 3 vj.

Dein adde

Olei communis 15 j.

Coquantur lento igne ad vini consumptionem, coletur, & cum supradicto Oleo Spicæ simplici misceatur, & usui servetur.

Cerebri, & nervorum affectus frigidos sanat; aurium do-lores mitigat; tremulis, & paralyticis confert; ventriculi affectibus auxiliatur; concoctionem juvat.

OLEUM SCORPIONUM SIMPLEX.

R... Scorpiones terrestres vivos n. C.

Olei Amygdalarum amararum, seu communis 15 iiij.

Suffocentur in oleo, & serventur ad usum in vase clauso.

Ali-

Aliqui per triginta dies insolant, postea colant; & usū
servant.

Ad urinam pellendam, & calculum promovendum com-
mendatur, regioni renum, pubis, & vesicæ applicatum; pro-
alexipharmaco, pulsibus, regionique cordis impositum, habetur,

OLEUM CASTOREI.

R... *Castorei optimi, minutim incisi,*

& contusi 3 ij.

Olei communis 15 ij.

Vini albi optimi 3 jv.

Coquantur igne lento, per quadrantem horæ in vase clauso, postea oleum absque colatura ad usum serva.

In affectibus uterinis, & convulsionibus laudatur; in nervorum contracturis, paralyticisque conductit.

OLEUM CROCI.

R... *Croci optimi,* 3 j.

Calami aromatici, seu Acori veri,

Myrrhe,

Cardamomi minoris. ana 3 B.

Contunde, & macera in loco calido, per dies quinque in

Vini optimi 15 B.

Postea adde

Olei olivarum 15 j B.

Coquantur igne lento ad vini consumptionem, & oleum percolatum serva.

Anodinum est, nervos roborat; uteri dolores lenit; ejusque, & aliarum partium tumores duros resolvit.

OLEUM IRINUM.

R... *Radicum Ireos nostratis recentium,*

& contusarum 15 j B.

Olei olivarum 15 iiij.

Macerentur in vase fictili vitreato igne lento, per viginti quatuor horas, bulliant ad humiditatis ferè consumptio-
nem; oleum exprime, & adde

Florum Ireos 15 B.

Dige:

Digere lento igne in Balneo cinerum per duodecim horas : coque ad humidi consumptionem, cola, & usui serva.

Resolutivum est, attenuat, digerit, & in tumoribus frigidis conducit.

R. OLEUM, SEU BALSAMUM CATELLORUM.

Catellos recens natos *n. iiij.*

Lumbricorum terrestrium *ib. j.*

Olei olivarum ferventis *ib. v.*

Coquantur, ad ossium compaginis dissolutionem, & separationem, fiat colatura, & expresio, colato tepido, adde

Summitatum Origani,

Serpilli, seu thymi,

Pulegii,

Hyperici,

Majoranæ . . . ana 3 ij.

Insolentur, per dies quindecim, postea cola, & exprime, in expresso dissolve

Terebinthina clara *3 jo.*

Dein oleum defœcatum reconde ad usum.

Nervinum est, quare in podagra, paralysi, & omnibus affectibus nervorum, ab humoribus frigidis, ac viscosis productis, inservit, & partes debiles roborat.

R. OLEUM VULPINUM.

Vulpem pinguem pelle nudatam, exenteratam, sectam in partes n. j.

Salis communis, *3 iij.*

Summitatum Anethi,

Thymi,

Chamæpityos ana 3 ij.

Incisa minutim, injicientur in

Aque, &c.

Vini. ana q. s.

Coquantur in vase clauso, donec ab ossibus partes separtentur carnosæ; cola, & adde

Olei olivarum *ib. viij.*

Sal.

*Salvia,**Roris marini. ana 3 ij.*

Bulliant lento igne ad humidi consumptionem: cola, & oleum defoecatum serva.

In omnibus articulorum frigidis affectibus valet; digerit, discutit humores in nervis contentos.

R O L E U M D E C A P P A R I B U S .

<i>Gemmamarum Capparis, seu florum, nondum expansorum conditorum</i>	<i>3 viij.</i>
<i>Corticum radicum capparum</i>	<i>3 ij.</i>
<i>Tamarisci,</i>	
<i>Seminis Agni Casti,</i>	
<i>Radicis Cyperi,</i>	
<i>Foliorum Tamarisci,</i>	
<i>Asplenii, seu scolopondriæ ana 3 3/4</i>	
<i>Rutæ</i>	<i>3 ij.</i>
<i>Olei communis</i>	<i>15 iij.</i>
<i>Vini albæ</i>	<i>3 vj.</i>

Parùm trita, & incisa misceantur, ac macerentur per tri+duum loco calido, postmodum coquantur ad humiditatis con+sumptionem: oleum percolatum, defoecatumque serva.

Attenuando, detergendoque duritiem omnem, lienis obf+tructiones solvit, ejusque dolorem lenit.

R O L E U M A N T I - P L E U R I T I C U M .

<i>Corticum Cucurbitæ longæ mundatorum,</i>	
<i>in frustula incisorum,</i>	
<i>Olei communis ana 15 vj.</i>	

Coquantur simul ad humiditatis consumptionem, coletur, & in colatura extinguantur frusta ferri, seu chalybis candefacta, in vase fistili vitreato, quod statim cooperiatur, ne oleumflammam concipiat, dein detracta, denuò candefiant, & extinguantur, repetendo octies, oleumque defoecatum, ad usum servetur.

Resolvit, digerit, mollit; frigidos, & contumaces mitigat dolores, præsertim pleuriticos.

OLEUM

R OLEUM SCORPIONUM COMPOSITUM.

Summitatum floridarum Hyperici lb j.

In olei Olivaram lb vj.

Per septem dies insola, seu in loco calido macera, dein coa-
la, colaturaæ adjice

Summitatum Hyperici, cum floribus,

& semine leviter contusarum lb j.

Denuò macerentur, coquantur, & colentur; in oleo coa-
lato infunde,

Comarum Hyperici semine onustarum lb j.

Foliorum Scordii 3 ij.

Chamæ dryos,

Calaminthæ,

Cardui benedicti ana 3 ij.

Comarum Centaurii minoris,

Verbena,

Dictamni Cretici ana 3 ij.

Incisa macerentur per biduum in vase clauso, ac igne len-
to per horas tres digerantur, & colentur, & expime, colaturaæ
adde

Cinnamomi acuti,

Baccarum Juniperi,

Santali citrini,

Theriacæ,

Mithridatii ana 3 iiij.

Radicum Zedoaria,

Dictamni albi,

Tomentilla,

Aristolochie rotundæ,

Benzoini,

Styracis ana 3 ij.

Myrrhæ eleæ,

Rabarbari,

Aloes succotrineæ ana 3 jij.

Nardi

*Nardi Indicae**Seminis nigelle.....ana 3 jv.**Schœnanthi,**Cyperi,**Croci..ana 3 j.**Vini albi generosi q.s.*

Contundenda, contundantur, ac in vase clauso per octiduum infundantur, postea igne lento S. A. decoquantur, collentur, & exprimantur, in colato oleo suffocentur

*Scorpiones terrestres, recenter collecti,**vita fungentes n. C.C.C.*

Digerantur per triginta dies in vase vitro benè clauso, dein cola, & oleum defœcatum, ad usum serva.

Vulnerarium, alexipharmacum, & resolutivum est; viperarum, ac venenatorum animalium morsibus subvenit, & in peste, aliisque morbis malignis, pulsibus, cordi, temporibusque illinitum, non sine fructu utitur, & in vulneribus recentibus, ulceribusque laudatur; adversus omnia venena stupefacentia, & sanguinem spissantia, per os assumptum, efficacissimum dicitur esse remedium.

OLEUM LIGNI GUAJACI.

*Ligni Guajaci resinosi scobina rasi lb ij.**Lixivii fortissimi ex cineribus**Querci faeti lb j 3.*

Simul per octiduum macerentur, dein adde

*Olei communis lb viij.**Anethi,**Chamæmeli,**Baccarum Lauri.....ana 3 viij.*

Incisa, per dies quatuor digerantur, deinde ad humiditatis consumptionem decoquantur; coletur, & in oleo colato, lento igne dissolve

Gummi tacamahace 3 viij.

Denuò cola, & oleum depuratum, usui serva.

Nn

Resol-

Resolvit, attenuat, digeritque humores crassos, & viscidos;
in juncturarum doloribus, venereis, rheumaticisque proficit.

R. OLEUM, SEU BALSAMUM APARITII VIRIDE.

Olei Olivarum

lb xij.

Summitatum Roris marini

Hypericū ana lb j fl.

Rute,

Absinthii,

Chamælii,

Verbasci,

Centaurii minoris,

Sanguinariae,

Foliorum Lentisci ana 3 vj.

Scindantur, & cum oleo, per triginta dies in Sole, seu calido loco digerantur, deinde adde

Lumbricorum terrestrium **lb j.**

Coquantur lento igne ad humiditatis consumptionem, colla, & in colatura disslove

Terebinthine optimæ **lb iiij.**

Gummi Juniperi **3 vj.**

Denuò colentur, posteà adde

Pulveris Myrræ electæ,

Thuris Mastuli . . . ana 3 vj.

Masticæ **3 ij.**

Sanguinis Draconis **3 j.**

Aloes hepatica **3 fl.**

Misceantur optimè cum oleo calido, iterum per triduum digerantur: coletur oleum, & ad usum reponatur.

Vulnerarium est præstantissimum, tam in recenter inflicitis, quam in antiquis vulneribus: ulceraque munfidicat, & consolidat.

C A P U T III.

DE BALSAMIS ARTIFICIALIBUS.

R... BALSAMUM, SEU LINIMENTUM ARCEI.
Sevi hircini *lb. j.*

Terebinthine clarae,
Gummi Elemi ana *3* *z.*
Axungie Porcinae *lb. 3.*

Liquentur, simul, & colentur.

Usitatissimum est ad ulcera, vulneraque digerenda, & mundificanda.

R... BALSAMUM CATHOLICUM.
Florum hyperici cum seminibus

siccorum *3 j.*
Olibani,
Radicis Angelicæ (ejus defectu)
Carlinæ ... ana *3* *lb.*
Spiritus vini rectificati *lb. iiij.*

Digerantur, simul in vase optimè clauso per octiduum loco calido, identidem agitando, tunc

R... Benzoini optimi *3 iiij.*
Styracis *3 ij.*
Balsami Tolutani siccii *3 j.*
Aloes Succotrina,
Myrrhae ana *3* *lb.*

Contrita injiciantur in tinturam supradictam, digerantur lento igne, sive insolentur per quadraginta dies: fiat collatura, & in vase vitro optimè clauso, servetur ad usum.

In omnibus vulneribus prodest; in ulceribus, morsibus ab animalibus venenatis, & rabidis inservit; ad dolores juncturorum, aurium, dentium, & hæmorrhoidum frigidè applicari debet;

debet; internè etiam laudatur ad affectus stomachi, ad colicam, præsertim flatulentam.

Dosis à gt. jv. ad 3 B.

Balsamum hoc variis præscribitur nominibus. V. g. *Balsamum Commendatoris*, *Balsamum Innocentii Undecimi*, & *Balsamum Persicum*.

R.... BALSAMUM ANODINUM.

<i>Saponis Hispanici</i>	$\frac{3}{3}$ j.
<i>Opii</i>	$\frac{3}{3}$ B.
<i>Camphore</i>	3 vj.
<i>Croci</i>	$\frac{3}{3}$ j.
<i>Spiritus Vini</i>	$\frac{15}{15}$ j. B.

Misceantur, & digerantur in vase clauso lento igne, per decem dies, posteā tinctura coletur, & usui servetur.

In omnibus doloribus mitigandis, ut in podagra, rheumatismo, & similibus, proficuum valde.

BALSAMUM RORIS MARINI (VULGO) de Porras.

<i>Olei Roris marini ex summitatibus floridis,</i>	
<i>mediante infusione, & coctione facti</i>	$\frac{15}{15}$ j. B.
<i>Terebinthine electe.</i>	3 vj.
<i>Cere Citrina</i>	$\frac{3}{3}$ jv.
Liquefiant, & ab igne semoto, adde	
<i>Balsami nigri</i>	$\frac{3}{3}$ j.
Misce S. A. & serva.	

In vulneribus, ac ulceribus inservit, & in juncturarum doloribus prodest.

BALSAMUM UTERINUM, SIVE ANTI-hystericum.

<i>Olei Nucis moschatae per expressionem</i>	
<i>facti</i>	3 ij.
<i>Pulveris Aſſe fætidae</i>	3 ij.
<i>Gastorei</i>	$\frac{3}{3}$ j.
<i>Olei distillati Succini,</i>	
<i>Ruta,</i>	

Sabi-

Sabinae..... ana 3 ij.

Misce optimè , & fiat Balsamum S. A.

In insultibus hystericis , & hypochondriacis,naribus, temporibus , vertici , & umbilico applicatum, prodefit ; uteri dolores , ejusque passiones egregiè demulcet , & sedat.

R... BALSAMUM, SEU BUTYRUM SATURNI.

Aceti Saturni,

Olei Amygdalarum dulcium , seu Rosati

ana p. aq.

Acetum sensim super oleum affunde , & simul continuò in mortario marmoreo ducantur , donec linimenti spissitudinem acquirant.

In inflammationibus calidis confert , adversus ulcera, scabiem , adustionem , & excoriationem valet.

C A P U T IV.

DE UNGUENTIS , ET LINIMENTIS.

Unguentum , seu Linimentum est Medicamentum topicalum, modò liquidius , modò spissius , maxime ex oleosis compositum, leni fricatione , pro variis usibus corpori , exterius applicatum.

Unguentum à verbo latino Ungere ; linimentum à verbo latino linire, provenit.

R... UNGUENTUM POPULEON.

Oculorum , seu gemmarum Populi,

contusarum

lb iiij.

Axungia Porcinæ insulæ, recenter fusæ lb vj.

Mista simul macerentur in vase fictile vitreato , ritè operculato , in loco modicè calido , donec herbae sequentes sub initium Æstatis possint colligi ; scilicet ,

Foliorum Papaveris nigri,

Hyosciami,

Sempervivæ majoris,

minoris,

Man-

Mandragoræ, vel ejus defectu Solani,

Lactuce,

Bardanae.

Violæ,

Umbilici Veneris,

Cymarum Rubi tenerrimarum..... ana 3 vj.

Solani

3 jx.

Contusa omnia, commisceantur cum axungia, & oculis Populi, reponantur in loco calido per dies sex; dein coquantur igne lento ad humiditatis consumptionem, continuò spathula lignea agitando:cola, in torculari exprime; & unguentum defœcatum ad usum serva.

Anodinum est, febricitantibus, ac capiti dolentibus proper calorem, temporibus inunctum prodest, hæmorrhoidibus auxiliatur, & in mammis dissipat lac.

UNGUENTUM ROSATUM.

R... *Axungiae Porcina preparate, &*

Aqua rosarum lotæ 15 iiij.

Rosarum rubrarum recentium,

expansarum, & contusarum,

Rosarum pallidarum.... ana 15 j 3.

Mista omnia per dies duos marcescere relinquuntur, fusa axungia igne lento percoletur, in colatura rursus utrarumque rosarum contusarum tantumdem ut antea maceretur, & sensim lento calore decoquantur ad humiditatis consumptionem, contur, & exprimantur, defœcatum unguentum reconde ad usum.

Calorem immoderatum extinguit, præcipue in inflammationibus calidioribus renum, hæmorrhoidum, & aliarum corporis partium.

UNGUENTUM ROSATUM SANTALINUM.

R... *Unguenti Rosati supra dicti 15 j.*

Pulveris Santali rubri 3 j.

Misce optimè, & fiat unguentum S. A.

Ad idem valet,

R UNGUENTUM, SEU CERATUM REFRIGERANS.

Olei Rosati omphacini lb*j.*
Ceræ albae 3*ij.*

Liquentur lento igne, pistillo ligneo agitentur, & sæpius aqua frigidissima labentur, donec unguentum albescat.

Ad omnem calidam intemperiem inservit; febrentibus quoque conductus, si hypochondriis superponatur.

R UNGUENTUM POMORUM.

Benzoini optimi,
Styracis calamiteæ. ana 3*ij.*
Caryophyllorum 3*j.*

Crassiusculè trita sacculo lineo includantur, qui in vase faciliter vitreato ponatur, addendo

Axungia Porcine recentis mundata,
lotæ, & liquatæ lb*vij.*

Pomorum redolentium in partes
sectorum n. *xij.*

Aquæ Rosarum,
Naphæ ana 3*ij.*

Coquantur leviter ad humiditatis consumptionem, & si ne expressione fiat colatura, ac unguentum defœcatum reconde ad usum.

Ad narium pustulas; labiorum, & manuum fisuras, aliarum corporis partium cicatrices, & præsertim, quæ à variolis proveniunt, commendatur.

R UNGUENTUM ÆGYPTIACUM.

Mellis optimi 3*xiv.*
Aceti fortis 3*vij.*
Viridis Æris pulveratæ 3*v.*

Coquantur simul lento ad unguenti debitam crassitatem, ita ut colorem purpureum unguentum acquirat.

Ulceribus, vulneribus, fistulis malignis, putridis, & sinuosis validè profert, carnem superfluam etiam absunit.

UNGUEN-

R... UNGUENTUM ALBUM SIMPLEX.

Olei rosati 1*b* j*s*.

Pulveris Cerusse 1*b* j.

Ceræ albae 3*ijv* *s*.

Post liquefactam in oleo ceram, cerussa misceatur, & agitur unguentum usque ad refrigerationem.

Valet ad ambusta, erisipelata, scabiem, prurigines, acrem serpiginem, pustularum eruptiones, intemperiem ulcerum calidam, & alia cutis vitia, à sal sedine enata, sananda.

R... UNGUENTUM ALBUM CAMPHORATUM.

Axungie recentis Porcina mundata,

lotæ, & fusæ 1*b* j.

Pulveris Cerusse 3*ijv*.

Misceantur in mortario marmoreo pisti illo ligneo movendo, donec cum axungia cerussa bene commisceatur, tunc adde

Camphoræ in oleo amygdalarum

dulcium solutæ 3*ij.*

Iterum agita, & fiat unguentum S. A.

Hoc valentius habetur, quām unguentum album simplex, propter camphoram, & à Mulieribus pro cosmetico aestimatur.

R... UNGUENTUM NUTRITUM.

Lithargyri tenuissimè triti 3*vj.*

Olei rosati 1*b* j*s*.

Aceti acerrimi 3*vij.*

Nutriatur in mortario æneo lithargyrus, vicissim affulo modo oleo, modo acetō, donec continua agitatione acetum, & oleum lithargyrus ebiberit, & unguentum crassitum debitam, & candorem acquirat.

Potest etiam hoc unguentum parari sequenti modo: Lithargyrus, & oleum simul decoquantur, sensim addendo parum aceti, usque ad Linimenti consistentiam, dein in mortario assidue agitentur, donec unguentum albescat, ac in debitam perveniat consistentiam.

Pruritum cutis mitigat, in ambustis prodest, scabiei con-
venit, doloresque sedat.

UNGUENTUM TUTHIÆ.

R... Olei Solani,

Rosati..... ana 3 vj.

Cerae..... 3 iij.

Pulveris Plumbi usci, & loti,

Tuthiae preparate,

Thuris masculi..... ana 3 j.

Ceruffæ..... 3 ij.

Misce, & fiat unguentum S. A. usui servandum.

In ulceribus calidis infervit, humores falsos, & acres in
his contentos, dulcorat; refrigerat, siccatur, & consolidat; lym-
phas acidias corrodentes ulcerum, ac putrefacientes absorvet.

UNGUENTUM PLUMBI.

R... Pulveris Plumbi usci, & preparati,

Lithargyri..... ana 3 ij.

Ceruffæ preparati,

Antimonii preparati ana 3 j.

Olei Rosati..... 1b iiij.

Cera..... 3 j.

Fiat Unguentum S. A.

Valet ad idem.

UNGUENTUM MAGISTRALE, SEU DE MINIO.

R... Olei Rosati..... 1b j. B.

Cera alba..... 3 jv. B.

Minii..... 3 v.

Ceruffæ.....

Lithargyri..... ana 3 j. B.

Fiat Unguentum S. A.

Eadem habet virtutes.

UNGUENTUM ALBUM SARRACENUM.

R... Olei Rosati..... 1b j.

Lithargyri,

Ceruffæ..... ana 3 iij.

Oo

Sev

290 PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

Sevi Caprini 3 ij.*Aceti Rosati* 3 jv.

In mortario mixta , nutrientur , assidue movendo , donec unguenti spissitudinem acquirant , dein adde

Albuminum ovorum n.ij.*Seminis Cucurbitae mundati , &**in pastam redacti* 3 iiij.*Pulveris Mastiches* 3 3.*Camphorae spiritu vini solute* 3 j.

Fiat unguentum S. A.

Ad ambuifa , erysipelata , scabiem , & cutis vicia , à falso-
dine enata , commendatur ; ad haemorrhoidum dolores ; Pru-
rigines , ac pustularum eruptiones infert.

R UNGUENTUM MERCURII.

Axungie Porcina 15 j.*Mercurii* 15 3.*Terebinthinae* 3 ij.

Mercurius cum terebinthina liquata in mortario æneo
exactè extinguatur , hinc adde Axungiam assidue agitando , ut
omnia exactissimè misceantur .

Ad salivationem excitandam , fricatione mediante , infert:
vit ; scabiei , morpheæ , aliisque cutis viciis maximè confert:
uncturis admixtum pediculos enecat , pulices , atque cimices .

R UNGUENTUM GUMMI ELEMI.

Olei Rosarum 15 j.*Resinæ* 3 jv.*Cerae citrinae ,**Gummi elemi ,**Terebinthinae ana* 3 iiij.*Pulveris Gummi Ammoniaci* 3 ij.

Fiat unguentum S. A.

Digerit , maturat , suppurationemque promovet , tumoris
bus , & ulceribus applicitum .

UNGUEN-

UNGUENTUM BASILICUM PALLIDUM ; SEU
suppurativum.

R... Ceræ flave,

Sevi Hircini,

Resinæ,

Colophonia;

Olei communis... ana p. eq.

Fiat unguentum S. A.

Digestivum , & suppurativum est.

Si unguentum Basilicum nigrum desideras prædicto unguento adde

Picis navalis, seu nigri, loco colophoniæ.

Eadem virtutes obtinet.

UNGUENTUM MARTIATUM.

R... Radicis Enulæ campanæ,

Valerianæ sylvestris,

Baradanæ,

Herbarum Absinthii,

Abrotani,

Ocimi,

Calaminthæ,

Hyperici,

Costi bortensis,

Majoranæ,

Menthe aquatice,

Sabinæ,

Salviæ,

Sambuci..... ana 3 ij.

Summitatum cum floribus Chamæmeli,

Meliloti, seu Trifolii odorati,

Stæchados..... ana 3 ij.

Foliorum Lauri,

Ebuli,

Roris marini,



PHARMACOPOEA MATRITENSIS.

- Ruta. ana 3 vj.
 Seminum Cumini, MUDICIA MUDICIA
 Foenugreci,
 Urtica majoris.... ana 3 j.
 Contusa, & incisa per biduum igne lento macerentur, in
 Olei communis 15 xij.
 Coque ad humidi ferè consumptionem : cola, & fortiteg
 exprime : dein adde
 Cere flave 15 iiij.
 Axungia Porcinae antiquæ 15 j.
 Liquefiant, & colentur, ac semirefrigeratis permisce;
 Styracis liquidi 3 jv.
 Pulveris Mastiches 3 ij.
 Agita, donec penitus frigescant, & usui serva.
 Nervinum est, affectibus cerebri, nervorum, articulorum:
 que frigidis inservit ; tremori, convulsioni, paralysi, arthriti-
 di efficax valde ; tumores, ac durities lienis, & aliarum pari-
 um emollit.

R UNGUENTUM AREGON.

- Folioram Conyzæ majoris,
 Laureolæ,
 Cucumeris agrestis,
 Calaminthæ,
 Roris marinæ,
 Majorana,
 Thymi,
 Ruta,
 Lauri,
 Sabinæ,
 Salvie... ana 3 jv.
 Radicis Bryoniae,
 Ari,
 Cucumeris sylvestris ana 3 ij.
 Contusa, & incisa, per triduum macerentur, in
 Olei Olivarum 15 xii.

Co: